Ju10684

COVSTVMES GENERALES DES PAYS ET DVCHE' DE BRETAGNE.

En l'an 1580. reformees & redigees en escrit par les Commissaires du Roy, & Deputez des Estats dudit pays.

Aitiologia, siue ratiocinatio de reformandi causis, auctore B. d'Argentré, V. C. Rhedonens. Prouinc. Præs.

DES IVSTICES ET IVRISDICTIONS, Ministres, & Droicts d'icelles.

TILTRE PREMIER.

ARTICLE I.

LEs Iuges ordinaires ne pourront tenir leurs Iurisdictions, plaids & deliurances ny faire exploicts de [a] iurisdiction contentieuse, és iours [b] de festes commandees gardez par l'Eglise, & chommables du peuple, au lieu ou s'exerce la Iurisdiction: sur peine de nullité de ce qui aura esté faict, [c] & des deffauts obtenus esdits iours.

1. Veteris consuetudinis, *supra.*

Festos dies esse, & religiosè coli vetus est Ecclesiæ constitutum, & verò non solum pietati, sed & politicæ conuenit. Nam & religioni per eos dies aduertere intentius est constitutum, & laborum esse oportet aliquam hominibus remissionem. Nimium multos esse, nec publicæ disciplinæ expedit, nec vero pietati, quod & quidem de veteribus Theologis plerique scriptis libris questi sunt. Dixit in conventibus ordinum, eos qui vulgo religiosi haberentur, in pauciores contrahendos mihi videri, & hanc ecclesiasticì ordinis curam esse debere. Rationes adieci, exempla attuli: Nam & vsu nimium certè compertum esse inerti otio luxum, comessationes, popinas, & cæteras noxias artes, & nequitiam ali nimiæ frequentia, & festos prodigere, quod magno sæpe labore profesti perpere. Sæpe ego homines tenuis fortunæ audiui quærentes grauiùs se à cælitibus, quàm à furibus compilari, cùm victum mauuariis operibus diebus talibus quærere prohiberentur, interim cum vxoribus, & paruis liberis egentes domi, cùm necessitati, & inopiæ nullæ sint feriæ: Quare vulgo multitudinem Iudigetum contemni, & ordinem sacrum vim dignationis non tenere. Scribit Dion Claudium Imperatorem multas ferias abrogisse, & in pauciores contraxisse, cum maior anni pars talibus inutiliter absumeretur magno reip. detrimento. C. Cassius senator apud Tacitum disserit diuidi sacros, & negotiosos dies oportere, queis diuina colerentur & humana non impedirentur. Quod si prophana exempla non placerent, non aliter olim Ecclesiæ, non aliter Pontificibus visum in c. licet, &c. Vlt. extra de fer. & esse istis de eorum genere in quibus Apostolus cuique Ecclesiæ in suo sensu abundare permittit, vt minui albo expungantur, aut in alios reiciantur: Quin & quorundam scripta moribus sua esse Calendaria lege constituta. Locus non ferebat, vt plura dicerentur, de tot valde suspectis apotheosibus, quibus permulti vulgatis duntaxat populi rumoribus in cœlum inconsultis Pontificibus irrepsissent. Id ostendere Martini Episcopi factum, de quo Sulpitius Seuerus memorat, & Pontifex c. 1. de reliq. & vener. sancto. extat articulus

BIBLIOTECA NAPOLI

in Conſtit. Francicis Caroli magni religioſi Imperatoris, quo falſa nomina martyrum, incertas ſanctorum memorias venerari prohibemur. Et quæ nunc natio non ſuum aliquem Indigetem, quæ vero non plures habet incertis auctoritatibus, quos populus inſtabili iudicio ſtudys inconſideratis in cœlum euexit, minorum illos quidem gentium, ſed tamen creditos. Quibus de cauſis inſtitimus poſcentibus duobus ordinibus, vt eccleſiaſticus ordo & Epiſcopi cum clero ferias recognoſcerent, & communi omnium ſententia contraherent, aut ſi videretur etiam eximerent albo. Nam & vulgo cœpiſſe numerum contemni, & contemptis auguſtæ poteſtatis auctoritatem imminui. Sed enim in multitudine feriarum non magna temporis iactura, plus ſatis feriauti ordini viſa eſt: Ergo extenda non potuit receptum morem cauſificantibus, & periculoſam omnem mutationem in religioſis inſtitutis. Erat quod reſponderetur, ſed datum eſt ordinum concordiæ, ne quid amplius vrgerentur, & contemni is ordo malebat, quàm cedere. Nam Petrobruſianos, Valdenſes, qui hoc in totum contemnunt, inter ſchiſmaticos reponimus.

1 Iuriſdiction contentieuſe.] *Adiiciendum cenſuimus, & vero conueniebat, ne infinitè poſita vox Iuriſdictionis, quæ erat in veteri, indefinitæ interpretationis in ſtatuto præſertim putaretur, & quæ voluntariæ iuriſdictionis ſunt, excluſi putarentur, quæ ius ciuile, & ratio non excludunt. Et contentioſa quidem habenda eſt, quæ inter repugnantes exercetur, iudice, actore, & reo diſcrepantibus. Eſt enim alterius naturæ alterius iuriſdictio, quæ cauſæ & ipſa cognitionem deſiderat, cuiuſmodi ſunt iudicantium plerique decreta, quæ de minorum rebus adhibentur, & tutorum dationes, quæ etſi aliter non adhibentur quàm cauſa cognita, tamen non fiunt in forma contentioſa, nec cuiuſquam vocatio exigitur ad hoc quidem vt illum ſuum intereſſe particulare deducat in iudicium: ſed ad inſtruendum iudicantis animum, qui alter auctoritatem ſuam accommodare nequit petenti, quam ex informatione cauſarum, quas lex requirit: de qua nos in Notis, & Bart. l. 3. §. cauſa D. de bonor. poſſeſſ. tales hac diſpoſitione non excluduntur, & feriis fieri poſſunt.*

2 Feſtes.] *Feriatos intelligi honore cæleſtium: de feriis vſu hominum nil expreſſum, etſi conueniebat, ſed iuri communi reliquere commiſſarij.*

3 Et des defaux.) *Addendum cenſui, quiæ ſæpe cognoſcente me aduocatos memineram de eo contendiſſe, an expenſæ defectuum (ſic enim loquuntur) deberentur, veluti citati venire deberent allegaturi priuilegium, ex communibus regulis. Perperam id quidem, quia lex pro homine excipit, & actum annullat. l. l. ſi feriatis. D. de fer. l. ſi feriatu. D. de arbit. Sed expreſſo omnis dubitatio ſublata eſt.*

Artic. II.

POurront neantmoins les Commiſſaires venans d'autres lieux & Iuriſdictions, vacquer au faict de leurs commiſſions, és iours des feſtes, qui ne ſont vniuerſellement commandees au Duché.

Pourront neantmoins) *Hic articulus iuris noui eſt, nec ordinis eccleſiaſtici pace amplius obtineri potuit: immenſa nuper hæc ætas ſalaria exigere cœpit, adiunctorum, apparitorum, æſtimatorum, menſorum, teſtium, & rectè agentibus ſuas quoque ſalarias ferias eſſe oportebat, nihil aut aliud agentibus, nec otiantes magiſtratus præter viatica quidquam petere: ſunt enim & ſuæ iudicibus quoque feriæ, ſed quando hac horum temporum inclementia non patitur, quod maximum obtineri potuit, hic eſt conſtitutum.*

Artic. III.

xiii. Veteris conſuetudinis. *ſupra.*

LEs Iuges ſeculiers peuuent en tous cas de delict requerant capture, prendre & apprehender Preſtres, Clercs, & Religieux, auſſi les arreſter au cas qu'ils denieroient & refuſeroient donner ſeureté à autres: ſauf à les rendre aux Iuges Eccleſiaſtiques du lieu 1 où le delict aura eſté commis, s'ils en ſont requis, & faire ſe doit. 2 Et ſeront tous les frais taiſonnables de la Iuſtice ſeculiere, autre que ceux qui auroient eſté faicts par les parties, payez par leſdits Iuges Eccleſiaſtiques, s'il n'y auoit cas priuilegié: auquel cas ne ſeront leſdicts fraiz payez que pour la moitié. 3 Et ſera tenu le Iuge ſeculier incontinent apres qu'il ſera informé de la qualité & priuilege des Preſtres, & autres Clercs priuilegiez, en aduertir le Iuge Eccleſiaſtique, pour les retirer.

1 Où le delict aura eſté commis.) *Ante decem ferè annos quàm hæc conſuetudo reformaretur, notas in ius patrium ſcripſeram, & controuerſiæ, quæ ad id tempus tenuerat, memineram, his ipſis de verbis nota 8. art. 4. Occaſionem denique nactus ab reformatione dubitationem ex ſententia ordinum conſtituendam cenſui his verbis additis. Nam quid vſus noui ſcripti, ſi veteres controuerſiæ relinquuntur?*

2 Et ſeront tous les fraiz.) *Vetus de eo erat controuerſia, ſed recruduerat, cùm lex de eo poſtularetur, de qua nos pridem in notis. Poſtulabat ordo eccleſiaſticus, ne ad eas expenſas adſtringeretur, quæ ante denunciationem Epiſcopi factam eſſent factæ, neque enim de eo ſuam vllam eſſe culpam, qui item apud ciuilem iudicem motam cum clerico ignoraſſent, & ſæpe accidere poſt propoſitam probatamque clericatus exceptionem*

ceptionem vt iudices ciuiles inutiles lites & proceſſus texerent, diſſimulatione probati ordinis, cuius facti culpam ſuſtinere ipſi non deberent. Contrà, nobilitas differebat aduentitiam eſſe clericatus qualitatem: neque enim clericum quemquam naſci ſed fieri omnes: Igitur & poni probarique eam qualitatem oportere, quod dum fit, regularem & naturalem eſſe cognitionem iudicis ſecularis. Ipſos verò clericos ſæpius differre exceptionis obiectionem interdum & in cauſa appellationis. Quod cùm ſit, quid hic iudici laico imputari poſſe, cùm illam quoque culpam Epiſcopi vulgò ſuſtineant, quod paſſim, & ſine iudicio in ordines ſacros quoſlibet adſciſcunt, & iudicibus & iuriſdictioni ſeculari eximunt indignos, & qui in animo nihil minus habeant quàm ordinem & profeſſionem eccleſiaſticam & munia eius ſuſcipere. Quæ re nullo modo informationum, interrogationum, aut eorum quæ vſque ad exceptionem propoſitam acta eſſent, expenſas ab eccleſiaſtico recuſari poſſe. Hæc atque talia cùm ex aduerſo declamarent, rogatus ſententiam dixi, neque nihil eorum quæ dicerentur, neque omnia talia eſſe, nec factu omnibus omnia congruere, ideoque controuerſiam ex cuiuſque iudicis mora iudicandam. Nam quod iudex ciuilis in informationes, interrogationes, & eos actus impendiſſet, qui ante probatam ordinis exceptionem facti eſſent, rectè eccleſiaſtico iudici imputari, cùm iudicis ciuilis regularis & primaria eſſet cognitio aduerſus delinquentes omnes, quæ ſuæ poteſtatis ſubiecti eſſent ex territorij lege, nec aduentitias ac proinde ignoratas cuiuſque ſingularis perſonæ qualitates eximere à iuriſdictione, quoad propoſitæ, probatæ, & cognitæ ſint. Quod ſi in facto proponeretur obiectam oppoſitionem, & probatum ordinem, ſed iudicem ciuilem inutiliter trahendo cognitionem, iudicium diſtuliſſe de ordine, atque interim multas expenſas factas, quem non videre iniuriam fieri Epiſcopo, ſi ad eas impenſas adigeretur quæ ex alterius mora eſſent factæ, quas rectè recuſarent hac quidem ſpecie. Res acta eſt magnis clamoribus, nec inter ordines de eo conuenire potuit: itaque ad commiſſarios reiecta eſt, vt de ea pro arbitrio ſtatuerent, & id quod cenſuiſſent obtineret, aduſque quos re denuo agitata prodiit denique hic articulus: ſed quid tum? Nimium (vt loquuntur) aulicè. Hic articulus neque controuerſiam diffinit, nec nodum diſſoluit, neque enim de expenſis ſtatuit, quod erat controuerſum, & quoſdam animo obſequutos apparebat.

3 Et ſera tenu le Iuge ſeculier.) *Conſequens erat ſtatuere, ſi non feciſſet ipſum ſubijci expenſis: ſed inuitus. Nimium quidem artificioſa hæc reticentia eſt.*

ART. IV.

NE iouyront du priuilege des Clercs, ſinon ceux qui ſont conſtituez és ordres ſacrez: & pour le moins Soubs-Diacres, ou Clercs beneficiez ou actuellement reſidens & ſeruans aux offices, miniſteres, & benefices qu'ils tiennent en l'Egliſe, [2] ou Eſcholiers actuellement eſtudians & ſans fraude.

1 Ne iouyront du priuilege des Clercs.) *Hic articulus nouiſſimus eſt, atque adeò nouorum temporum. Vetus forum, & iura maiorum ne fando quidem tale quidquam audierant, ne ſi maieſtatis quidem in crimine res verteretur, aut monetæ, aut ducalis magiſtratus noxa in munere commiſſa ſimpliciter eccleſiaſticorum cognito erat de clericorum criminibus, ſine exceptione. Cùm multi clerici maieſtatis poſtulati eſſent in crimine conſpirationis Pontib. riana contra Ioannem Ducem Britanniæ, non aliter contra eos inquiſitum eſt, quam ex ſummi Pontificis decreto, & delegatione. Extant ea de re Pontificum reſcripta in archiuis ducum. Cùm Ægidius dux frater improborum conſpiratione eſſet crudeliter oppreſſus, poſtulati ſunt & Abbates & clerici complures eius criminis, ſed non antequam autore Pontifice Max. Cùm Caluinus Ducis Franciſci Cancellarius pluribus criminibus peteretur, incumbente in eius perniciem Landeſio, qui flagrantiſſima in gratia apud Ducem erat, quamquam frendente Landeſio ad Epiſcopalem cognitionem remiſſus eſt: & crebra talium exempla memorari poſſunt. Neque apud maiores noſtros vllum tam atrox crimen fuit, quod id priuilegium ordinis excluderet. Maturius Franci eius religionem exuere, & qualitates criminum inter crimina habuere vt libuit, quamquam id pedetentim primo, & timidè prætextu quaſi regiæ maieſtas offenſa eſſet, reperta priuilegiariorum criminum cognitione: primus Rex Franciſcus I. metum exuit & monetæ poſtulatos ſimplices clericos cognitioni ſuæ ſubiecit ordin. anni 1534. art. 4. Nec tamen tantum auſa Curia Pariſienſis, cùm ordinationem illam promulgaret, cenſuit, vt Rex de eo apud Pontificem intercederet, quod ratum id vellet, tanta adhuc tum veneratio erat ſacroſanctæ poteſtatis. Sed qui poſterius vixere, cum multa facinorosè ab eius ordinis hominibus patrari perſpicerent, nec pro merito abſus iudicibus coërceri, audaciam intendere eò progreſſi, vt Henrico Regi ſuaderent abſolutè ſimplices clericos priuilegio exuere, id anno 1553. magno, quod negari non poteſt, auſu, de quo tamen illa curia iterum referendum ad principem ſtatuit, de cuius ordinationis rigore multum detractum eſt articulo ord. Molinenſis 40. ex quo ipſo hic deſcriptus eſt, quo ingens iuris Canonici farrago præciſa eſt de priuilegiis eius ordinis, de motionibus, de habitu, & veſtitu priuilegiario, deque multis talibus, de quibus tum multi & prolixi tractatus extant illo iure. Certè iam olim fatigârat magiſtratus noſtros ea controuerſia, & nimia impunitas clericorum, & principes noſtri à Leone Pontifice Maximo priuilegium impetrarant, vt in eos lege agi paterentur, qui ſine habitu deprehenſi eſſent, ſed ea ipſa me forum ineunte exoleuerat & eius meminit Chaſſanæus, & ante ea tempora apud nos extiterat Cardinalis Tuteullanus Legatus a latere*

Pontificis, qui decretum de coercendis clericis ampliſſimum Franciſco duci vltimo obtuliſſet, quod poſtea Martinus V. Pontifex comprobarat & extat etiamnum in chartophylacio ducum. Magnum certè negotium ad argumentum patri olim meo prouinciam regenti faceſſit, cùm ille plectis laicos, & impunè iisdem de crimínibus inſultare clericos ferre non poſſet, idque adeo vt inſenſus ille ordo totus in eum incumberet, non minùs quàm olim in Petrum Mauclerc, & Pontificem ipſum penè maledictis è ſede ſua excuſet execrationes & anathemata cudendo, ſed demum aſſuetudine res curata.

2 Eſeholiers.) *Hoc ipſum cùm in confeſſu ordinum addendum cenſuiſſem, miro modo mihi eſt ab omnibus omnium ordinum hominibus repugnatum, cùm illi fraudem fieri crebro dicerent legi prætextu ſcholaſticæ inſtitutæ. Dixi fraudi occurrendum, nec legem auerſandam: Nam & quam legem dari poſſe, cui non protinus ſua fraus eſſet comparata, ſimul ac eſſet edita, ſic fore vt nulla omnino obtineret. Adieci ordin. regiæ auctoritatem, quæ tales diſertè excepiſſet, malo exemplo adimi priuilegia tam bono, & neceſſario ſeminario diſciplinarum. Nil profeceram, magis mirandum ne aſſentientibus quidem literatis. Res reiecta ad commiſſarios: Nec ibi repugnatum. Ord. auctoritas, ratio, ſanctitas inſtituti preualuere. Additum, vt fraus abeſſet.*

V.

V. Veteris conſuet. ſup.

LE Iuge ſeculier, à la requeſte du Iuge d'Egliſe, ſera tenu prendre quelque perſonne que ce ſoit, [1] accuſé de tous crimes, dont la cognoiſſance appartient aux Iuges d'Egliſe, faiſant apparoir du decret.

1 Accuſé du cas de crime.) *In veteri erat* accuſé de crime d'heteſie. *Dixi incautè, ſingularem caſum expreſſum de pluribus, veluti reſtringendæ diſpoſitionis cauſa, quæ tamen ex æquo ad ſimiles omnes caſus pertineret, & probarunt omnes.*

VI.

VI. Veteris conſuet. ſup.

LEs gens d'Egliſe peuuent proceder par ſemonces & monitions: mais ne pourront proceder par cenſures & excommunications contre aucun debteur ſeculier, par faute de payer ſa debte.

Les gens d'Egliſe.) *In veteri ſcriptum fuit* s'il a meubles ou immeubles. *Dixi expungendis hæc verba, cum in totum perſonæ ſecularis exemta ſit à poteſtate eccleſiaſtici, extra quidem cognitionis ſuæ metas, ſed ea verba incautè deſcripta erant de veteri ab reformatoribus anni 1539. quo tempore eccleſiaſtica iudicia de actionibus perſonalibus aduerſus ſeculares ſibi tribuebant: etſi id prudens Anna duciſſa ſuſtulerat: ſed iuris mutationem reformatores non aduerterant. Deinde ſi debitor habet bona, ea prætorari poſſunt per ciuilem poteſtatem, & ſuum iudicem: ſi non habet, non rectè aduerſus ſnopem adhibetur excommunicatio, nec per obliquum quiſquam per eccleſiaſticam poteſtatem laicus adigi debet ad ceſſionem bonorum, quæ in cognitione eſt iudicis laici. Nullo igitur caſu eccleſiaſtici ea dere poteſtas eſt, nec moramur areſtologos, qui aliud, atque aliud ſubinde de eo iudicatum memorant iure obſoleto: & ordines probarũt.*

VII.

VII. Veteris conſuet. ſup.

[1] SI les Preſtres, Diacres, Soubs-Diacres, & Religieux profés, ont delinqué en la monnoye ou commis [2] autres delicts, où y ait cas priuilegié, leurs procés leur ſeront faits [3] aux priſons des Iuges Eccleſiaſtiques, s'ils en ont fait le lieu de ſeures & commodes, [4] ſinon és priſons des Iuges ſeculiers, [5] concurrẽment par les Iuges d'Egliſe & ſeculiers, tant ſur le delict commun que cas priuilegié. Et ſeront tenus à ceſte fin leſdits Prelats [6] aſſiſter ou commettre Vicaires, pour faire & parfaire le procés ſur les lieux, & donner ſentence par iugemens ſeparez. [7] Et ſeront leſdits Prelats tenus degrader les ſuſdits delinquans, s'ils ſont conuaincus dudit crime de fauſſe monnoye, ou autre [8] meritant degradation, pour eſtre punis de mort par le Iuge ſeculier, s'ils l'ont deſeruy.

1 Si les Preſtres.) *Expuncta eſt qualitas ſimplicium clericorum ex hoc, & ſuperioribus articulis, & dixeramus in Notis.*

2 Autres delicts.) *Additum: Nam ius idem in ſimilibus omnibus.*

3 Aux priſons du Iuge Eccleſiaſtique.) *Additum ad tollendas controuerſias, & quia perſonæ in coercitio ad eum pertinet. Nam laici pecuniaria tantum, & de rebus eſt, ideóque & perſonæ cuſtodia ad eccleſiaſticum pertinet.*

4 Sinon és priſons de Iuges ſeculiers.) *Hoc quidem vtilitatis publicæ cauſa, & veluti diſpenſatiuè propter neceſſitatem & vſum.*

5 Concurrẽment.) *Hic abrogatur articulus Molin. 39. & expediebat, & omnino mirãdum eſt vlli placere potuiſſe, qui in rebus agendis eſſet verſatus Vetuſtiſſimo Britannorũ vſu ſolida cognitio erat iudicis eccleſiaſtici exors externæ omnis poteſtatis, vt antè diximus, poſterius repertum, vt vterque iudex in cognitione concurreret, id deinde innouatum articulo Molinenſi, cuius tamen vſum obſoleſcere magna de cauſa curiæ ſuprema patiebantur, & conuentum iudicia exercebãt: aliter obſeruantibus futurum erat, ve immenſi*

immenſi ſumptus litigantibus faciendi eſſent, & ſemel atque iterum reuocandi teſtes, iterum componendi manifeſto præiudicio poſterioris cognitionis poſt dedicta, teſtificata & apertas atteſtationes. Quod ſi ad eruendam veritatem quæſtione opus erat, eum iudex ſecularis eam non poſſet infligere, euenichat vt nocentem reum abſoluere cogeretur: ſed in conuncta cognitione beneficio vicinæ poteſtatis poterat è probationibus cognitionem elicere. Quis nun videt ſatius eſſe conunctim cognoſcere, & meliorem vſum adimi ſeparatis?

6 Aſſiſter ou commettre Vicaire.) *Hic articulus propemodum pugnare videtur cum illo Molinenſi 39. ſed tamen ſic omnino conſtituendum fuit, vti nunc quidem res ſunt: nec illi Bleſenſis articuli 61. monitores vſque quaque aduerterant. Nam cum ſub vno epiſcopatu plures ſæpe ciuitates, & oppida habeantur, & Epiſcopi vnico duntaxat loco tribunal, & prætorium habeãt, extra quod ius dicere nequeũt, cùm territorium non habeant, euenire neceſſe erat, ſi rei omnes ad Epiſcopum remittendi eſſent, vt omnes cognitiones maximo cum incommodo exercerentur, ſi ad vnumquemque actum vtrumque iudicem conuenire oporteret, & iudices ciuitatum ſubinde recurrere in vrbem epiſcopalem ex vicis, oppidis, pagis, magnis ſumptibus dominorum, & moleſtijs iuridicorum, quod ipſum futurum erat impoſſibile. Quare vt hic nodus diſſolueretur, in cognitione conuncta viſum eſt Epiſcopos per vicarios exercere neceſſarias cognitiones & carceribus iuridicorum interim pro ſuis vti commodato a lege territorio.*

7 Et ſeront tenus les Prelats les degrader.) *Sic denique viſum ordinibus & commiſſarijs, cùm ego admoniſſem magnas paſſim de eo controuerſias incidiſſe inter Epiſcopos & magiſtratus ciuiles, cùm negarent Epiſcopi vlla ſe poteſtate ſeculari adigi potuiſſe ad clericorum degradationes, quæ omnem ciuilis cognitionis poteſtatem excederent, & aliquando de eo ſententijs pugnatum acriter in Curia Parlamenti memineramus: ad lebam, ne ſi maximè quidem vellent, Epiſcopi in arbitrio eſſe, vt facerent propter degradationum ſolemnia, longas ambages & numerum Epiſcoporum, quem Canones exigerent. Quare legem de eo dicere in poteſtate ciuili non eſſe, ſed peruicère qui contradicebant, nimia hominum delinquendi licentia offenſi magis quàm ex iure, quod nemo negare poſſet.*

8 Meritant degradation.) *Vetus in crimine duntaxat monetæ hoc ius conſtituerat, ſed par erat in omnibus delictis vbi eadem pœna eſſet irroganda idem ſtatus.*

VIII.

TOutes perſonnes ſeront conuenuës par deuant le Iuge de leur domicile, pour raiſon de contracts, [1] reſciſion de contracts, demande [2] de retraict conuentionel: & en toutes actions perſonnelles. 1. Veterib. conſuet. ſup.

Toutes perſonnes.) *Priore conſuetudinis ſcripto quædam de fori competentis materia erant conſtituta, ſed ea valdè mancè, vt cætera: quare valde conueniebat de eo regulas ſcribi, de quo in ordinandis litibus primùm omnium eſſet ſtatuendum. Nec in eo multum eſt laboratum facili ordinum conſenſu. Perſonales germana ſignificatione appellant, quæ ex promiſſione cuiuſque perſonali tribuuntur: & ſi alterius etiam ſpeciei quædam perſonales dicuntur, quas citra promiſſionem lex nectit in perſonas, quasi ex facto appellant, quia aliud nomen non habent. Quæ ſi ex iure in rem, aut proprietate iuſtificantur (ſic enim dicamus) cauſa non erat, cur extraordinarij & priuilegiary iudices, qui nuper in iudicia irrupêre, tales ſibi aſſererent. Nec veriſimile eſt de talibus olim ſenſiſſe principes iuriſdictione de ordinariis corroſa: ſcio quos ſequantur, ſed quò non peruaſit mala ambitio corruptu primis cauſis?*

1 Reſciſion de contracts.) *Inter perſonales reponendæ ſunt reſciſſoriæ, cùm aduerſus eos dantur, qui ipſi contraxerunt: nam quo caſu fraus, dolus, aut vis ad reſciſionem proponitur, lex ex facto contrahentis obligationem in eum perſonaliter nectit. Quòd ſi aduerſus alium detur, qui ipſe non contraxit, ex eo quòd rem detinet, quo iure in Francia vulgò vti ſolemus, tum propriè perſonales dicendæ non ſunt, ſed in rem ſcriptæ, de quibus articulo ſequenti: nec enim hoc caſu factum rei in cauſa eſt dandæ actionis, ſed detentio rei.*

2 Retraict conuentionel.) *Cum petitur ex lege redimendi dicta in contractu, nec ſpectandum quid in actionem deducatur, ſiue res ſoli, ſiue mobilis. Nec enim res reſpicitur, quæ petitur, ſed titulus actionis, cum ſcilicet ex promiſſione petitur, de quo nòs in Notis, art. 48.*

IX.

1 ET quant aux inſtances petitoires, & actions pures reelles, [1] le Seigneur, ou ſon Iuge, eſt Iuge competent pour toutes les terres & heritages, qui ſont en ſon diſtroit & iuriſdiction. Et quant aux [2] actions de retraict lignager, & autres ſemblables, appellees en droict eſcrites *in rem*, ſeront pourſuiuies par deuant les Iuges [3] du domicile, ou de l'heritage, à l'option du demandeur. 2. Veteris conſuet. ſup.

1 Et quant aux inſtances.) *Hîc de vendicationibus, & merè realibus, quæ à iure in rem, & à proprietate iuſtificantur citra promiſſionis aut facti allegationem, quæ nullam obligationem præſupponunt, vtpote reales.*

2 Le Seigneur.) *Dominus ſcilicet feudi, cui ex infeudatione iuriſdictio competit, quia vbique conſuetudo talem conſiderat, non eam quæ in abſtracto eſt: de feudo enim cognitio inter extraneos ad dominum feudi pertinet, vt olim ad Pares Curiæ: quod ſi perſonaliter ageretur, cuiuſnis cognitio eſſe poſſet, qui de perſonalibus cognoſceret: quia tum promiſſio, & factum perſonale tantum in cognitione eſt, non item dominium, id eſt, quæritur, an reus promiſerit, non an actor ſit dominus, etenim præſupponitur talis eſſe, cùm agat perſonali.*

3 Actions de retraict lignager.) *De hoc pridem pugnabatur, & locos collegit Tiraq. in retract. §. 8. & §. 34. Re vera retractus merè perſonalis eſt, cùm intenditur aduerſus primum emptorem. Sed cùm aduerſus tertium, in rem eſt, etiamſi tribunalium ſtylus perſonalem admixtam cenſet, vtilitatis cauſa magis, quàm ſtricto iure.*

4 Du domicile, ou de l'heritage.) *Sic cenſui ad præcidendas opinationes Doctorum Bart. Imol. Iaſ. l. Ttia textores. D. de legat. 1. gloſ. l. forma. §. agri. D. de cenſib. locos collegit Tiraq. d. §. 8. & inſtit. vt ea dubitatio decreto ordinum ſiniretur.*

X.

XI. Veteris conſuet. ſup.

POurront toutes perſonnes ſe ſubmettre à la iuriſdiction du Iuge, au dedans du diſtroict duquel ne ſont demeurans ny iuſticiables, par prorogation & ſubmiſſion expreſſe: & au cas qu'elle ſoit faite par contract, n'y aura lieu de retraict de barre: & vaudra la prorogation, tant pour le protogeant, 2 que pour ſes hoirs.

1 Pourront toutes perſonnes.) *Cùm hic articulus ordinibus occurriſſet, monui magnopere, vt meditatè conciperetur, de quo magnas ſæpe controuerſias incidiſſe meminerami: denique etiam ſubiecta, cum eius à dominis prætiorum ſæpe eludi inani prætextu iuriſdictionalis emolumenti. Repugnatum eſt mihi acriter ab Epiſcopis, & his qui amplas iuriſdictiones habebant, illud ſubinde de triuio ingerentibus iuriſdictiones eſſe patrimoniales, nec prorogari debere præiudicio dominorum. Dixi vulgare problema, quod quæreretur vulgo malè percipi, quippe id ad cauſas feudales, id eſt, in quibus de feudo controuerteretur propriè pertinere, de quibus in c. verum ext. de iud. ne ſcilicet alius index quam dominus de talibus cognoſceret ex prorogatione: ſed perſonalium aliam eſſe cauſam, quia talium cognitio non ratione feudi, ſed domicilij, & iuriſdictionis in abſtracto conſideratæ competerent. Neque enim fundorum poſſeſſores rectè conueniri apud quemiuſmodi iudicem, niſi reus ibi domicilium haberet: non igitur ratione feudi, ſed perſonalis facti tribui cognitionem, igitur & prorogari poſſe. Adieci rationes de iure, & memorabile iudicatum Curiæ Burdegal. quod Boërius memorat deciſ. 114. Denique reclamantibus qui obſtiterant, vicit apud Commiſſarios hæc ſententia, ac denuo in conſilium miſſa demque obtinuit. Nec enim latitudo voluntatis contrahentium, vt ait imperator, impediri debet propter nimiam ſubtilitatem iuris, l. vnica. C. vt actio ab hered. & cont. hæred. incip. aut prætextu iuriſdictionalium emolumentorum, quæ caſus & alios contractus offerunt. Hæc de ſententia Doctorum. l. ſi conuenerit. D. de iuriſdict. om. iud.*

2 Que pour leurs hoirs.) *Adiiciendum & vxoribus, quæ partem capiunt in communione contractus, in quo prorogatio appoſita eſt: quare etiam paſſiuè omnibus eius clauſulis ſubiguntur.*

XI.

XII. Veteris conſuet. ſup.

LEs delinquans non domiciliers, ſont iuſticiables du Iuge au diſtroict & territoire duquel ils ont commis le delict, pour raiſon d'icelluy delict: s'ils ſont appreh endez audit lieu, 2 ou preuenus par decrets, ou adiournemens executez, au cas que le Iuge ſoit capable de la cognoiſſance dudit delict. 3 Lequel Iuge procedera contre leſdits delinquans, ou ils ne comparoiſtroient, ou ne pourroient eſtre appreh endez, par deffauts & contumaces, iuſques à ſentence de forban: laquelle il ſera tenu donner dedans quatre mois, à compter du iour dudit delict. A faute dequoy, & ledit temps paſſé, le Iuge du domicile en pourra & deura cognoiſtre, & faire iuſtice ſelon l'exigence du cas, ſans qu'il ſoit tenu en faire renuoy au Iuge du delict. Et où il ne ſeroit capable de la cognoiſſance dudit delict, doit intimer la Iuſtice du Seigneur ſuperieur, qui doit & eſt tenu prendre & receuoir les accuſez, pour en faire iuſtice & punition, ſelon la qualité du delict, s'ils n'eſtoient Clercs priuilegiez, qui doiuent eſtre rendus aux Iuges d'Egliſe, comme il eſt dit cy-deſſus.

Hîc de cognitione criminali ſtatuitur, quo in argumento valde olim pugnatum eſt à iuriſconſultis ſcholaſticis, quorum diſceptationes lege patria cõprimi oportebat, alioqui nullius modo futuris erat vtilitatis litigationum veteri conſuetudine non ſimpliciter de crimine cognitio iudici delicti tribuebatur, ſed ita demum ſi noxium prehẽdiſſet, aut anteuertiſſet decreto ſi preuenit articulus Molin. 35. qui ſine diſtinctione iudici delicti cognitionem tribuit. Vtra lex alteram tolleret dubitabatur: Molinenſis ordinatio & regia, & poſterior, & de ordinatoris litium agebatur: hæc cùm in conuentu ordinum eſſet propoſita, placuit legem patriam obtinere paucis additis. Iudex delicti ab accidenti iudex ſit, domiciliarius ordinarius, & regularis, & omnium temporum qui quotidie immunet & ſubiectos habet delinquentium penates. Quare

melius ea cognitio committitur, ſi reus in delicti loco captus non eſt, & domum refugit: hæc quidem cùm de crimine extraordinario agitur, nam ſi ciuiliter ad domicilij iudicem eundum eſt, vt in perſonalibus omnibus, tum enim cognitio eſt non imperij, ſed iuriſdictionis ſimpliciter ſumptæ, quod Iaſon rectè ait. l. imperium D. de iuriſd. omn. iud. & l. vlt. D. de abigeis, etiam ſi nuper infenſa Themide niſter eſt in iudicibus criminalibus conſtitutum, vt vendibilior merx eſſet.

2 Ou preuenus.) *Præueniendi quoque modum adijciendum cenſuimus, & lege diffiniendum: nam nec iure Romano de eo conſentitur, & alius aliud putat: extat ordinatio Caſtrobrientij edita anno 1665. quæ decreto præuentionem ſtatuit, hîc amplius additum, vt decreti quoque executio adderetur denunciatione.*

3 Lequel Iuge procedera.) *Additum hoc vt in omnes caſus caueretur: nam futurum erat, vt iudex delicti ſecurus cognitionis proſecutionem omitteret, iudex domicilij prohibitus non poſſet, ita vt neuter officium faceret, hic vetitus, ille nolens: quart tempora addi libuit, intra quæ domicilij iudex ex alterius negligentia cognitionem reſumeret.*

XII.

ET ſi le deliƈt eſt commis en foire ou marché, ou la choſe deſrobee ou rauie ſoit portee ou menee audit matché ou foire, pour y eſtre venduë & expoſee, la cognoiſſance en appartiendra au Iuge dudit marché ou foire, s'il n'y auoit preuention & pourſuite continuelle faiƈte par le Iuge dudit deliƈt, iuſqu'auſdits foire & marché: ſi le delinquant n'eſtoit Clerc priuilegié, comme deuant. XIII. Veteris conſuet. ſup.

1 Et la choſe deſrobee fuſt portee.) *Negant iuriſconſulti aſſidua contrectatione fieri furtum, hic tamen domino nundinarum cognitionem tribuit, quia nundinis intuliſſe rem furtiuam quodammodo commercij publici fidem violat, cuius conſeruatio ad dominum pertinet.*

XIII.

SI aucun delinquant eſt pris hors du lieu où diſtroiƈt du deliƈt & de ſon domicile, par autre Iuſtice, & apres l'auoir intimé aux iuges des lieux du deliƈt & domicile, iceux Iuges ne le vouloient retirer pour en faire Iuſtice, le Iuge qui l'a apprehendé en pourra & deura faire iuſtice, & le punir ſelon le meffaiƈt, & qualité du deliƈt: ſi le delinquant n'eſt Clere priuilegié, comme deuant. XIV. Veteris conſuet. ſup.

XIV.

SI le Seigneur inferieur ou ſa Iuſtice eſtoit negligent de faire ſon deuoir d'informer & decrerer dans quinzaine, à compter du iour du deliƈt commis, le Seigneur ſuperieur en cognoiſtra, ſans qu'il ſoit tenu en faire aucun renuoy, s'il n'en eſt requis dans ladiƈte quinzaine. XXXI. Veteris conſuet. ſup.

Ordinatio Caſtrobrientiana ad effectum deuoluendæ iuriſdictionis ad ſuperiorem ogdoadem tantum exigebat, hic amplius ſtatuitur, & de iure valde futura erat controuerſa hæc quæſtio, niſi hîc eſſet deciſa, de quo nos in notis art. 31. verbo elle cognoiſtra. *ſup.*

XV.

VN Sergent delinquant & forfaiſant en ſon office, eſt iuſticiable de la Iuſtice du Seigneur duquel il eſt commis, ou de la Iuſtice ſuperieure. Et où il prendroit faulſe qualité de Sergent, ſeroit puny par le Iuge du deliƈt, comme il eſt cy-deſſus. XV. Veteris conſuet. ſup.

Par le Iuge du deliƈt.) *Aliter quàm in veteri, quæ cognitionem tribuebat iudici domicilij: hîc iudex delicti intelligitur apud quem apparitor falſa renunciat.*

XVI.

SI le Iuge a condamné aucun, & ne trouue biens du condamné dans ſon diſtroit & Iuriſdiƈtion ſuffiſans pour mettre à execution ſa ſentence, il peut requerir le Iuge au diſtroiƈt & Iuriſdiƈtion duquel ledit condamné a biens: Et eſt le Iuge qui eſt requis, tenu obeïr au requiſitoire, s'il luy appert ſommairement que la condamnation ſoit donnee par le Iuge competant: autrement ne ſeroit tenu y obeïr. XVII. Veteris conſuet. ſup.

XVII.

LEs parties peuuent librement compromettre de leurs differents en telles perſonnes que bon leur ſemble, fors & excepté en leurs Iuges ordinaires, qui ne peuuent eſtre arbitres entre leurs ſubiects. XVIII. Veteris conſuet. ſup.

Cùm hic articulus in diſquiſitionem veniſſet, inſtitimus, vt hæc exceptio de iudicibus ordinarijs tolleretur, quæ à malè percepto iuris Romani ſenſu manaſſet, nec (vt loqui iuriſconſulti ſcholaſtici ſolent) haberet vllum bonum motiuum rationis. Quid enim intereſt, qua arte diſſidentes iudex componat, ſi quod im-

riſconſultus ait, nil aliu lagit, quàm vt componat repugnantes pro poteſtate, an conciliatos ex benenolentia, cum ad inſtar iudiciorum arbitria redacta ſint, vt vtrobique cognitione fungatur, nec hodie minus appelletur ab arbitrorum ſententia quàm iudicum: quæ validiſſima Veterum ratio fuerat, quo tempore appellationes non recipiebantur, & ſi verum fateri volumus, quid intereſt inter iudicantem ex prorogatione partium cognoſcentem, qui iudex inter partes futurus non erat, & arbitrum, cum vterque à partium conſenſu aſſumat poteſtatem iudicandi? Extitit qui mihi contradiceret, rogatus cauſas dicere, attulit tritas illas quidem, ſed eas ſic nihili, & frigentes, & tam longè petitas, vt plane hæreret ſalo. Dixi id, quod erat malè perceptum iuriſconſulti reſpõſum, vnde Veteres reformatores excerpſiſſent homines ſemidocti veruſtiſſimi ſcripti authores. Reſpondi obiectis: dixi iam olim Accurſij temporibus totius orbis conſenſu abrogatam hanc de iudicibus ordinarijs ſententiam, teſtes citatos repudiati iuris Canoniſtas omnes, ipſum Accurſium, & iuriſconſultos ſcholaſticos omnes, quos in Notis memoranimus. Leuis hæc cogitatio ordinibus viſa eſt, & deſcribi paſſi ſunt Veterem articulum rati in eo non multum eſſe momenti.

XVIII.

XIX. Veteris conſuet. *ſup.* ET ne peuuent leſdits Arbitres executer leurs ſentences, ſinon qu'ils euſſent les choſes contentieuſes en leurs mains, pour les bailler à la partie, qui obtient gain de cauſe.

XIX.

XX. Veteris conſuet. *ſup.* LEs Iuges ne tiendront leurs Iuriſdictions, ne feront exploicts de iuſtice de nuict, & tiendront leurs iuriſdictions, plaids & deliurances és lieux ſuffiſans, honneſtes, & à ce deputez. Et auſſi ne feront les Sergens exploicts de Iuſtice, de nuict, ſi ce n'eſtoit pour forfaict & delict, ou autre cas requerant celerité.

XX.

XXI. Veteris conſuet. *ſup.* QVand on fait outrage au Sergent exerçant ſon office, & qu'il crie & demande aide, les ſubiects qui le pourront ouïr & ſecourir, & ne l'auront fait, ſont puniſſables & amendables, ſelon le meffait.

XXI.

XXII Veteris conſuet. *ſup.* SErgent executant ou exploictant pour ſon Seigneur, ne peut demander aucun ſalaire, ſinon qu'il y euſt vne bannie & commandement fait au proſne de grand' Meſſe, à tous les ſubiects, de payer les rentes deuës au Seigneur: & outre ſommation particuliere par eſcrit. Auquel cas les executions & autres exploicts de iuſtice, ſeront faits aux deſpens des ſubiects. ſi par l'euenement ils s'y trouuent auoir induëment refuſé de payer, ſi le Sergent n'eſtoit feodé, lequel n'aura aucun ſalaire. Et ſi le Seigneur, apres ladite bannie & ſommation, faiſoit exploicter par autre que par ſon Sergent, il n'aura autre ſalaire que celuy que deuroit auoir ſondict Sergent. Et quand iceluy Sergent exploitera pour autre, que le Seigneur, il aura ſalaire raiſonnable, s'il n'eſtoit feodé. Et ſi les ſubiects faiſoient entr'eux exploicter par autres Sergens que ceux dudit fief, ils ne pourroient pretendre repetition de plus grand ſalaire que celuy qu'euſt deu auoir le Sergent d'iceluy fief, ſi n'eſtoit en eas de refus du Sergent dudict fief.

Hîc valde pugnatum eſt inter ordines: accuſabat nobilitas ſubiectorum contumaciam, tertius ordo dominorum inclementiam & auctupia, & receptorum & firmariorum (vt loquuntur) qui hac occaſione multa malignè, multa rapaciter deſignarent, adeóque adoleuerat contentio, vt perfici decretum vix poſſet.

2 Et outre ſommation particuliere.) *Dixi ſine exemplo eſſe generali denuntiationi adiici particularis neceſſitatem, cùm particularis vtriuſq; vice fungatur, & contumaciam perficiat: quare ſine cauſa grauari dominorum conditionem, cùm præſertim ſui ſint talibus debitis fœdalibus dies appoſiti ad ſolutionem pleriſque additæ mulctæ: & nimium multæ hîc ambages texuntur.*

3 S'il n'eſtoit feodé) *Incanea exceptio: nam infœdationis cauſa valet inter dominum & vaſſallum, vaſſallos inter ſe non reſpicit ſi quid ipſi inter ſe negotij habeant, qui minùs ſolita ſalaria exoluant: & hic ille caſus ponitur extra dominorum cauſam.*

XXII.

XXIII. Veteris conſuet. *ſup.* NVl n'eſt tenu reſpondre, ny proceder en iugement, s'il n'a adiournement.

Sed quo in conſuetudinis ſcriptum notiſſima iuris regula.

XXIII.

XXV. Veteris conſuet. *ſup.* NVl terme n'eſt competant s'il n'eſt aſſigné de trois iours francs pour le moins, qui ſont ſans comprendre le iour de l'adiournement donné, & celuy de l'aſſignation, exceptez les cas qui enſuiuent, ſçauoir du meffait du iour, ou du faict d'entre marchands paſſans, ou du faict de marché ou de foire, dont la iuſtice peut faire expedition de iour en iour, & d'heure en autre, ou de meffait commis entre les aſſignations & terme

mes pendans entre les parties, ou de ſpoliation de biens, dont la premiere aſſignation peut eſtre faicte du iour au lendemain, s'il n'y a feſte.

1 Trois iours francs.) *Veterum pugna iuriſconſultorum ab eo, an dies termini computetur in termino, cuius quæſiti locos colligit Tiraquellus: ſic tamen ne quid inde certi poſſis conficere, tam perſpicuè pugnat ipſorum quoque Veterum auctoritates. Nunc denique cur deterior opinatio placuerit, Valde miranda cum aliis aliis que contraria placuiſſet, quod Vetus ſcriptum paſſim oſtendit: quod nos pridem ſic rationibus exegimus, Vt qui contradicerent nil afferent præter obſtinationem, & Vnius Platonis liber, qui Crito inſcribitur, conuincere poterat, tertium dici qui tertius numeratur à primo, quo tertio die ex quo nauis Delo appuliſſet, Socrates eſſet ſupplicio afficiendus admonitus à dæmone ſuo Verſu Homerico. Sed iſta olim fuſius.*

XXIII.

EN toutes cauſes l'adiournement en premiere aſſignation eſt competant quand il y a huict iours d'interualle, & que celuy qui eſt adiourné n'eſt en diſtance de plus de trois lieuës, & au deſſus de dix lieuës, y aura quinzaine, & au deſſus de vingt lieues, trois ſepmaines, s'il n'y a autre conuention entre les parties. Toutes leſquelles aſſignations ſeront franches, comme il a eſté dit des trois iours cy-deſſus. xxvi. Veteris conſuet. ſup.

XXV.

SI l'adiournement eſt faict au domicile, aux gens y eſtans, en l'abſence de celuy ou ceux qu'on veut adiourner: & à la premiere aſſignation celuy à qui aura eſté faict ſçauoir l'adiournement, iure qu'il n'a veu l'adiourné depuis l'adiournement, il aura vn delay pour le faire comparoir. xxvii. Veteris conſuet. ſup.

XXVI.

EN toutes actions le ſeigneur peut retirer ſon ſubiect de Cour ſuperieure és cas dont le ſeigneur ou ſa iuſtice peut auoir cognoiſſance, & ſe fera le retraict dudit ſubiect de degré en degré. Et ſi le ſeigneur ne le retiroit, pource n'aura il perdu ſa iuſtice en autres cas. Et en cauſes de doüaire, ny d'officiers delinquans en leurs offices, n'y a retraict à Cour inferieure. xxviii. Veteris conſuet. ſup.

XXVII.

EN matiere d'arreſt ou de plegement par Cour ſuperieure, le ſeigneur peut retirer ſon ſubiect, ores qu'on pretende infraction d'arreſt, ou attentat de plegement auoir eſté faits par le ſubiect. Et s'il ſe trouue infraction ou attentat, le Iuge inferieur condamnera l'infracteur en l'amende enuers la Cour ſuperieure: de laquelle amende ſera tenu certifier & rapporter au Iuge ſuperieur. xxix. Veteris conſuet. ſup.

XXVIII.

SI le ſeigneur veut prendre plus grand deuoir luy eſtre deub par ſon ſubiet, que le ſubiet n'aduoüe & recognoiſt, iceluy ſubiet peut decliner la iuriſdiction de ſondit ſeigneur, & aller à la iuriſdiction ſuperieure. xxx. Veteris conſuet. ſup.

XXIX.

QVi conque propoſe exception, ou fait autres exploits, empeſchant proceder au principal, s'il en eſt vaincu, cela vaut deffaut au principal. xxxi. Veteris conſuet. ſup.

XXX.

LEs Iuges qui indüement & iniuſtement taxent, & font leuer amendes, ſont puniſſables de peine arbitraire, iuſqu'à ſuſpenſion ou priuation de leurs offices, & plus grande, ſi le cas le requierr. xxxii. Veteris conſuet. ſupra.

XXXI.

TOutes perſonnes meſprenans ſciemment en leurs offices, des choſes qu'ils doiuent garder, ſeront punies ſans diſſimulation, ſelon le cas ou meffait. xxxiii. Veteris conſuet. ſup.

XXXII.

ET doiuent reſpondre du meffait mis ſur eux, & des doleances ſur le champ, ſans autre adiournement, au cas qu'ils ſeroient officiers au temps de la doleance, & ſans retrait d'autre Cour, toutes dilations & plaidoiries ceſſantes. Et s'ils ſont hors de leurs offices, ſont tenus reſpondre deſdits malefices & maluerſations en les adiournant. xxxv. Veteris conſuet. ſup.

XXXIII.

ET doiuent les ſeigneurs s'informer, & s'enquerir ſouuent & ſecrettement du gouuernement de leurs officiers en leurs charges & offices, s'ils ſont aucunes oppreſſions ſur leurs ſubiets. xxxvi. Veteris conſuet. ſup.

XXXIIII.

ET ſi deffaut eſt trouué eſdits officiers, ou s'ils meſprennent en leurs offices, leſdits ſeigneurs ſont tenus leur faire reparer, ou le reparer eux-meſmes, & en deſdommager les parties, & amender à iuſtice ſuperieure. xxxvii. Veteris. conſuet. ſup.

XXXV.

xxxvii. Veteris conſuet. ſup.

LE Seigneur ne doit refuſer ne differer de faire iuſtice par luy ny ſes officiers chacun en ſon regard. Et s'il y failloit, il perdroit ſa iuſtice & iuriſdiction ſpecialement en celuy cas, s'il en eſtoit repris de la iuſtice ſuperieure.

XXXVI.

xxxix. & xvi. Veteris conſuet. ſup.

SI le Seigneur ſubiect, & ſes officiers vouloient cognoiſtre des faicts & droicts qui appartiennent au Seigneur ſuperieur, ledit Seigneur ſubiect le doit amender. Et ſi c'eſtoient ſes officiers, ſeulement en ce cas, & autres qui ſeroient contre le ſerment de fidelité deu au Seigneur ſuperieur, pourra ledit Seigneur ſubiect deſaduoüer ſes officiers, s'ils n'auoient mandement ſpecial de luy.

XXXVII.

xl. Veteris conſuet. ſup.

IVge ou autre officier de iuſtice, qui eſt ptouué pariure & infame, eſt incapable d'eſtre Iuge, & auoir autre office public.

XXXVIII.

xlv. Veteris conſuet. ſup.

LE Seigneur peut pourſuiure ſes hommes par ſa Cour, pour les choſes qui luy touchent; ſçauoir, pour les deuoirs de ſon fief, pour le meffaict & meſdit à ceux qui ſont en ſa garde, ou qui viennent ptendre droict par ſa Cour, ou qui contreuiennent aux commandemens & defenſes faictes par ſadite Cour, qui attentent contre ſes plegements & arreſts, qui troublent & rompent ſon marché ou foire, ou ſon brandon, ou ſemblable cas.

Intellige ſi modò debiti cauſa in controuerſia non ſit veluti cum ſolutum proponitur, aut diem non ceſſiſſe: his caſibus debitum anteceſſiſſe in confeſſo eſt: nam ſi debitum ipſum negatur, ſpectandum ius, ex art. 28.

XXXIX.

xlv. Etiam veteris conſuet. ſup.

ET quant aux meffaits ou meſdits faits par les ſubiects & par les hommes d'autres iuriſdictions, au Seigneur, ſes femmes, enfans, ou domeſtiques en ſon deſtroict & iuriſdiction, ledit Seigneur ou ſon Iuge les pourra pourſuiure iuſques à capture ſeulement, ſans qu'il les puiſſe retenir plus de vingt-quatre heures apres ladite capture faicte: ains ſera tenu les renuoyer à la iuſtice ſuperieure.

De hoc articulo valde pugnatum eſt inter ordines, cùm conſuetudo domino cognitionem tribuit de delictis in familiam, & nobilitas contenderet, vt idem in hanc referretur, & obtineret. Dixi iniquum peti, & auctoritate veteram vſus ſum l. ſenatuſconſulto. D. de offic. præſ. l. qui iuriſdictionem. D. de iuriſ. om. iud. nec cuiquam tantum permitti debere: in quo mihi vehementer eſt repugnatum, & quidam de iuriſconſultis errorem aluere, nec ante æquum obtineri potuit, quàm admoniti ſunt idem ius in caput ſuum recidere, nec tantum conſiderare ipſos debere quid in alios poſſe vellent, ſed etiam quid aly in ipſos: nam nemuem non ſuum habere dominum, cuius ſi potentiam alerent, fore vt quandoque conſtituti pœniteret, & inſignes quorundam iniuriæ prætextu talis iuris memorabantur, magno exemplo non recte de legibus cenſere eos qui ſe ipſi legibus non ſubjci exiſtimant, & leges dictant, quas non accipiunt ipſi. Hoc dicto conticuere, & ius valere permiſere.

XL.

xlvi. Veteris conſuet. ſup.

COgnoiſtra auſſi le Seigneur ou ſon Iuge des choſes qui ne touchent ſon faict, & neantmoins appartiennent à ſon office; comme faict de crime commis en ſa iuriſdiction, ſoit à denonciation de partie, ou ſans denonciation.

XLI.

xlviii. Veteris conſuet. ſup.

NVl ne ſera contraint reſpondre en cauſes d'heritage deuant le Iuge du Seigneur, qui veut retirer à ſoy où à ſon hoir l'heritage contentieux, ſi celuy qui ſeroit conuenu,[1] ne l'auroit accepté à Iuge: auquel cas ne pourroit reſſortir à Cour ſuperieure, ſi n'eſtoit de grief faict depuis l'acception.

1 Ne l'auroit accepté.) *Nollem additum: ne talis acceptatio obſtringere debuit aut incautos, aut ſtultos.*

XLII.

xlix. Veteris conſuet. ſupra.

AVſſi ne peut le Seigneur pourſuiure ſon homme proche, ou arriere, par ſa Cour, des obligations & contracts que le Seigneur diroit auoir faicts auec ſon homme, d'autres choſes eſtranges qui ne toucheroient l'office ou le faict du Seigneur: comme exploict de ſa Cour, amendes, ou autres cas, dont eſt dit, que le Seigneur peut pourſuiure ſon homme par ſa Cour, s'il ne l'auoit accepté pour Iuge.

XLIII.

XLIII.

LE Seigneur n'a aucune iuſtice ſur ſon meſtayer, ou cenſier, ſi n'eſtoit de contract faict par ſa Cout, [1] auec ſubmiſſion & prorogation expreſſe, ou de meffaict commis [2] en ſa iuriſdiction, s'il n'a autre ſeigneurie & iuriſdiction ſur luy. Veteris conſuet. ſup.

1 Auec ſubmiſſion expreſſe.] *Non fuit in veteri, ſed hîc additum, ne quis hoc caſu ſatis eſſe putaret tacitum conſenſum, qui ſit per proceſſum ſæpe ab incautis: opus eſt igitur expreſſo conſenſu, alioqui & reſtitui quis poteſt contra tacitum conſenſum.*

2 En ſa iuriſdiction.] *Nam alia cauſa eſt delicti in loco domanij dominici facti, nec enim dominus poteſt in ſe agere, aut iuriſdictionem exercere ſuper domanio ſuo, quod ab alio tenet veteri regula, Nemini res ſua ſeruit.*

DES DROICTS DV PRINCE, ET autres Seigneurs, & des Aides couſtumieres.

TILTRE SECOND.

XLIV.

AV Roy, Duc, ſeul appartient bailler ſauuegarde. LI. Veteris conſuet. ſup.

XLV.

AV Roy, Duc, ſeul & à ſes Iuges appartient la cognoiſſance de monnoye: & peuuent auoir la cognoiſſance ſur toutes perſonnes, ſoient Preſtres, Clercs, priuilegiez, ou gens de religion, [1] comme dit eſt au precedent. LII. Veteris conſuet. ſup.

1 Comme dit eſt au precedent.] *Art. 7. ſuprà tit. precedente.*

XLVI.

TReſor d'or ou d'argent trouué en terre par le bechement ou ouuerture, eſt au Prince, s'il n'y a pourſuite. Et ſi terre n'eſtoit bechee & ouuerte, ce qui eſt trouué, doit eſtre rendu à la Iuſtice de ſur les lieux pour le faire bannir, & rendre à qui il appartient. LIII. Veteris conſuet. ſup.

XLVII.

CHoſe trouuee doit eſtre gardee par quarante iours, & durant ledit temps doiuent eſtre faites trois bannies par trois Dimanches conſecutifs apres la grand'Meſſe de la paroiſſe où la choſe a eſté trouuee, & vne fois au prochain marché. Leſquelles [1] bannies ſeront verifiees du Iuge du Seigneur du lieu: & apres leſdits quarante iours & bannies deuëment faites & verifiees, [2] le Seigneur qui a haute Iuſtice ſur les lieux, la peut exploiter, & en retenir à luy les deux parts, & en bailler l'autre tiers à celuy qui l'a trouuee, tous deſpens & miſes preallablement payez ſur icelle. Et ſi parauant qu'elle fuſt deſpenduë, ou que leſdits quarante iours ſoient paſſez, aucun aduouë & verifie la choſe ſienne, il la doit auoir & recouurer quelque part qu'elle ſoit, ou l'argent qui en ſera prouenu, en payant par luy tous loyaux frais, miſes & deſpens. Et apres ladite choſe deſpenduë, leſdits quarante iours paſſez & bannies faites, verifiee comme deſſus, le Seigneur ny autres [3] ne ſeront tenus reſpondre de ladite choſe, & celuy qui l'exploictéroit ſans garder la forme cy-deſſus, [4] chet en crime. LIIII. Veteris conſuet. ſup.

1 Bannies ſeront certifiees.] *Additum vltra veterem propter fraudes apparitorum: nec tamen exigendum, vt hæc certificatio in iudicio fiat, & ſufficit de plano apud iudicem fieri, ſic vt inde teſtatio fiat.*

2 Le Seigneur qui a haute iuſtice.] *Notandum hic bonorum vacantium poſſeſſionem ad altum iuſtitiarium deferri, bona baſtardorum ad medium iuſtitiarium, art. 437. deferentias ad quoſcumque iuſtitiarios. Sed hic vtilde animaduertendum quod alibi diximus, excluſionem iuris alieni non fieri niſi edicto alti iuſtitiarij, quod nos diximus in rubrica de Approprim. nec tales actus ad alios deferri, ideóque nec banniments hæreditorum multo minùs, propter magna rerum momenta.*

3 Ne ſeront tenus reſpondre.] *Niſi quidem adhuc pretium extaret.*

4 Chet en crime.] *Furti ſcilicet, quod iure eſt traditum. Theologi talia in eleemoſynas impendi volunt.*

XLVIII.

IL n'appartient à aucun auoir iouïſſance de choſes eſgarees, s'il n'a haute iuſtice aux lieux où elles ont eſté trouuees. LVII. Veteris conſuet. ſup.

XLIX.

LIV & LXI. Veteris consuet. *sup.*

Illud quoque valde id quidam notandum monuerim approprietorum ius, quod per banniimenta quæritur, ad merum imperium pertinere: id ego cùm ſcripſiſſem priori libro, fuit qui requireret auctoritatem dicti, cùm alio iure in ſuis rebus ſe vti diceret. Dixi id ius non eſſe appellandum, quod ille in rebus ſuis priuatim faceret domi, ſed ſi auctoritatem exigeret, ſcrutaretur ſcripturas, & veterum libros, in his reperiri eos actus omnes, per quos quis non vocatus ſpecialiter & auditus iure ſuo priuaretur edicto, ad merum imperium pertinere, & à poteſtate maiore pendere, quæ à mero imperio decurrit, nec cuiuis competere, nec à conſuetudine alius tribui quam imperium habentibus per dictum theorema: dicti exemplum, & auctoritatem extare oſtendi art. 47. & 48. in quibus acquiſitio rerum repertarium per banniimenta aliter non competere quam poſita alta iuſtitia, quod multo magis in acquiſitionibus, & contractibus voluntariis habere locum debet, qui accedentibus banniimentis & ſolemnibus omne omniũ intereſſe, & omnes actiones excludant, etiam ſi nemo in ſpecie vocetur: ideoque cùm tanti momenti ſint, ad actus ſimplicis, aut mediæ iurisdictionis non pertinent, ſed imperio reſeruantur, quod doctores tradunt. l. rem quæ nobis. C. de acquir. poſſ. Nec ignoro à multis prædiorum dominis iſta aliter vſurpari ambitioſè, & contra ius, vt pleraque eius generis, eoque magis licenter, quod in Britannia necdũ vlla deſcriptio extat eorum actuum, qui ad mixtum merumve imperium pertinent, ex quo fit, vt pro libidine quiſque ſui tribuat, quæ cuique gradus ſunt, ſed (quod fatendum ſit) ſine iure diſſimulantibus regiis, & fiſcalibus dominorum procuratoribus promiſcua vſurpatione, & fore tempus quandoque auguror, quo iſta exactius in ſuos gradus redigantur. Rem geſtam narrabo. Cùm de reformanda conſuetudine ageretur, poſtularunt æque ordines, vt ego meri, mixtique imperij, & ſimplicis iuriſdictionis notas, actuſque deſcriberem, cùm illi muſquam deſcripta lege quidem domeſtica reperirent, & dicerent vulgo talis iuris vſum ignorari, cum vtinam conſuetudines diligenti cura talis in claſſes ſuas, terminoſque redegiſſent. Parui lubens, & è iure Romano, & interpretum iuris ſententijs, tum externarum conſuetudinum ſtatutis deſcripſi, qui actus cuiuſque gradus propriè viderentur quemquam in claſſem redigi oportere, & ſcripto exhibui ordinum deputatis: vbi legerunt & domeſtica ſua quiſque furta deprehendit, ſi illa deſcriptio obtinuiſſet, conſcientia perculſi priuatim quiſque muſſare, & in aurem alter alteri inſuſurrare ceperunt: omitto iſta ſatius eſt, quàm curioſius exercere, & his carere poſſumus. Nam cui non aliquid, cui vero non multum de vſurpatis decedit, ſi iſta obtinent: nobis nihil mouendum, vtantur poſteri, vt libebit: & de illis quidem, ego (ait) approprimentorum iure ſemper vſus ſum, nec vnquam merum imperium habui, & alius, ego & notarios creare ſoleo, & inuentaria ſcribere, nec vnquam mixtum habui, hæc mihi, hæc tibi, pereunt, ſi iſta valere ſinimus. Denique reſæpius communicata, & ſcriptum ſuppreſſere, ac ne referri quidem de eo in cœtu ordinum paſſi ſunt, & mutuum periculum veriti omnibus errorem indulſere: ex quo iſta in Britannia in promiſcuo vſu habentur, nullo iure, ordine nullo, publico errore id faciente: re vera quanquam non vocatum non auditum inſpice & ſigillatim, per proclamationes excludere iure ſuo ad maiorem imperij ius pertinet, etiamſi omnes aliter docerent, aut abuterentur.

CCLXIX.

ON ſe peut approprier de tout heritage ou autre choſe reputee immeuble, ſoient ſeruitudes ou autres droicts reels, par tous contracts & tiltres receus de droict & de couſtume habiles à transferer ſeigneurie, acquerant leſdits heritages, ou droicts de celuy qui eſt ſaiſi & actuel poſſeſſeur, en ſon nom par luy, & ſes auteurs, par an & iour: prenant ledit acquereur poſſeſſion actuelle en vertu deſdits contracts & tiltres. Et faiſant apres ladite poſſeſſion, trois bannies tant dudit contract que de la priſe de poſſeſſion par trois Dimanches conſecutifs ſans interualle, incontinent apres l'iſſuë de la grand' Meſſe, en la congregation du peuple, à haute & intelligible voix, aux lieux accouſtumez, en ſa paroiſſe ou paroiſſes, ou les choſes acquiſes ſont ſituees. Par leſquelles bannies ſera faite expreſſe declaration, par quelle Cour, ſoit prochaine ou ſuperieure, l'acquereur entend s'approprier: & faiſant ledit acquereur rapporter, & ARTIC. CCLXV. & CCLXVIII.

certifier leſdites bannies en iugement des prochains plaids generaux ſubſequens leſdites bannies deuant le Iuge du lieu, où ſont leſdites choſes ſituees, par le ſergent qui a fait leſdites bannies & deux records, ou pardeuant le Iuge ſuperieur, ſelon la declaration portee par leſdites bannies en l'endroict de la menee & obeyſſance du fief, dont les choſes ſont tenues, ſi obeyſſance y a. Laquelle certification de bannies ſe fera en iugement la huictaine apres la derniere bannie pour le moins: & ſera ladite huictaine franche, ſans compter le iour de Dimanche de la derniere bannie, ny le premier iour deſdits plaids.

Nihil in toto iure patrio magis momentoſum hoc articulo, & articuli diſpoſitione. Totum ius, ait Iuriſconſultus, conſiſtit aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut minuendo l. vlt. D. de legib. Hæc huius articuli materia eſt. Itaque nihil eſt, quod rixoſi pragmatici: aut qui alienæ fortunæ inuident curioſius conſectentur, & lancinent. Quare magna omnium vtilitate accidit, quod decem ante hac reformationem annos commentarios ſatis quidem illos copioſos in hoc ius titulumque ſcripſeram, deductos de veterum tribunalium vſu, & obſeruatione, cùm nemo pene tum ſupereſſet de antiqua iuriſprudentia, qui iſta aut noſſet, aut rectè calleret: ex quo facem primus obſcuræ, & ignoratæ materiæ præferre neceſſe habui: vt vero hic titulus occurrit, multum omnino negotium faceſſurus erat reformationem aggreſſu, niſi materia ſubacta cogitationes cuiuſque adiuuiſſet, quod opus doctiſſimi quique, & in palatijs & ſchola probarunt, ex quo hic articulus ſigillatim, & rotunda vt loquuntur, compactus eſt expenſis veluti ex trutina verbis quibuſque adſcriptas ex libro demonſtrationes, quod vt planum omnibus fiat, locos è ſcripto indicabimus, quæ ordines probarunt commiſſarij ſcituere.

1 Approprier.) *Quæ ſit vis verbi dixi in rubrica eius tractatus de approprimentis.*

2 D'heritage.) *Dixi articulo. 265. verbo* d'heritage, *eodem libro. ſupra.*

3 Seruitudes.) *Dixi articulo 271. verbo* ſans tiltre, *ſupra.*

4 Par tous contracts.) *Dixi art. 265. verbo* par achapt, *& art. 266. verbo*, par quelque tiltre, *ſup.*

5 Receus de droict.) *Hæc verba fuerunt appoſita ad præcidendas dubitationes, quas quidem imperitè de tiulo pro hærede ficiunt, & de tiulo pro ſuo, qui cùm in eius recepti ſunt, conſuetudinis quoque auctoritatem relatiuè addere placuit.*

6 Et de couſtume.) *Additum propter domania concedialia, & titulum dimiſſionis, cùm domnia perpetuo tranſferunt, & à ſolo iureconſuetudinario manant.*

7 De celuy qui eſt ſaiſi.) *Diximus art. 265. verbo*, poſſeſſeur & ſaiſi.

8 En ſon nom.) *Diximus art. 265. epigraphe, de interuentu poſſeſſionibus.*

9 Par luy & ſes autheurs.) *Diximus art. 271. verbo*, par luy & ſes predeceſſeurs, *ſup. art. 265.*

10 Par an & iour.) *Diximus art. 625. verbo*, de celuy qui eſt poſſeſſeur, *ſup.*

a Poſſeſſion actuelle.] *Nos articulo 265.*

b En vertu des contracts.] *Nos artic. 265. num. 30. & 31. verbo.* & ſaiſi.

c Trois bannies.] *Nos art. 265. verbo*, que bannie.

d Par trois Dimanches.] *Nos art. 265. ſup.*

e Sans interualle.] *Nos art. 265. ſup.*

f Aux lieux accouſtumez.] *Art. 265. ſup.*

g Ou les choſes ſont ſituees.] *Dicto art. verbo*, ou par cour.

h Rapporter & certifier.] *Nos art. 268. verbo* certification, *ſup.*

i Aux prochains plaids.] *Art. 268. ſup.*

k En l'endroict de l'obeyſſance.] *Dicto. art. 268.*

l Huictaine.] *Art. 268. Sed hæc tamen deſcriptio ogdoadis pernicacia quorundam obtinuit, cùm etiam cæcus appareret alium veteris fuiſſe ſenſum, cùm ogdoades priores à die ad diem eundem computarent veteri recepta, & certiſſima veterum obſeruatione, hoc eſt, à dominica ad aliam dominicam: nec diuerſa in vltima quam prioribus computatio facienda eſſet: quod ſi conſuetudinis priſca reformatores voluiſſent, haud dubiè expreſſiſſent, & veteris iuris theoremata extet, quo apertè reſelluntur, quatuor vnum & idem verbum veniat ad determinationem plurium determinabilium, eadem æqualiter determinare debere. Quare diuerſi temporis ogdoades nequaquam cenſendæ erant, ſed æqualiter determinari, vt ſic inſidiæ ex formulis contrahentibus tenderentur, quæ penè nimium multæ & oneroſæ commercijs hic ſunt conquiſitæ.*

CCLXX

ccixviii. Veteris conſuet. *ſup.*

APres la certification deuëment faite, ne ſera receu aucun oppoſant: ains ſera l'acqueur approprié.

Ad lenda quæ de certificatione diximus, & excludendis oppoſitionibus.

CCLXXI.

ccixix. Veteris conſ. *ſup.*

SI aucun acquiert heritage ou droicts reels par quelque tiltre ou contract que ce ſoit, & la poſſeſſion reellement priſe, il en ait faict vne bannie, dont il ait informé en iugement

huictaine

huictaine apres en la forme que deſſus, & depuis le tienne & poſſede notoirement par le temps de dix ans, il ſera 1 du tout & enuers tous approprié, 2 & ne luy nuira d'auoir faict pluſieurs bannies.

1 Du tout & enuers tous.) *Iſta verba tam vniuerſalia, & abſoluta bonæ fidei neceſſitatem præfractè excludunt.*

2 Et ne nuira.) *Monente me additum propter vitilitigationes ad retundenda præpoſtera ingenia, quæ ex illo problemate, quod potuit, voluit, non potuit, putabant, ſi plures eſſent facta vno bannimento ſolemnitatem omnium præfractè conſtare oportere, veluti ſpreto hoc iure acquirens aliud ſpectaſſet. Sed nos dubitationem inutilem præcidimus.*

CCLXXII.

TOut acquereur ayant tiltre en vertu duquel il a poſſedé actuellement & notoirement quinze ans entiers & accomplis, par luy & ſes autheurs, à compter du iour de la poſſeſſion priſe ſans interruption, ſera vers tous, & contre tous approprié. CCLXXII. Veteris conſuet. ſup.

Hic præſcriptio quindecennij cum titulo ſtatuitur corrigendo decennium & vicennium è iure Romano: in quo notandum nuſquam bonæ fidei conſuetudinem mentionem facere, nec ſcripto quidquam addendum, ut ſuppleudum, quod ex Baldo ſupra not. 11. exploſa ſententia Canoniſtarum, vt commercijs noxia, & hæc verba iudicant ſine exceptione, ſera du tout, vers tous, & contre tous, quæ ſunt verba pleniſſimæ ſecuritatis.

CCLXXIII.

CEluy qui iniuſtement retient le bien d'auttuy, & l'aliene, ou le perd, combien que l'acquereur en fuſt approprié, ſi eſt-il tenu en faire recompenſe à celuy qui eſtoit Seigneur & proprietaire de la choſe ainſi alienee ou perduë: & ce par heritage ou autrement, au chois de celuy duquel l'heritage a eſté aliené. CCLXXIII. Veteris conſ. ſup.

Hanc ego articulum primus detenebris erui, & in vſum deduxi, cùm alieniſſimo loco lateret ſub titulo, des deſpens, ignotus foro. Congruit verò iuri Romano l. ſeruos. C. ſi vend. pig. ag. & l. 1. Cod. de reb. alien. non alienand.

CCLXXIV.

CEux qui ſont appropriez par bannies d'heritages & droicts reels, en la forme cy-deſſus, ſont defendus contre quelques perſonnes que ce ſoit, abſens, mineurs, 2 & tous autres, ſans aucuns excepter: fors & reſerué 3 contre ceux qui ſont hors du Duché, au temps de la certification des bannies, leſquels ont an & iour 4 pour s'oppoſer, à compter du iour de ladite certification, contre leſquels ſeroit requis que l'acquereur euſt tenu leſdites choſes par an & iour 5 ſans empeſchement, apres ladite information & certification de bannies. CCLXXIV. Veteris conſuet. ſup.

Modus omnibus laudandus ordinum & reformatorum ſedulitas, & prudentia monitorum, qui tam breui articulo tantam litium, diſſidiorum, & opinationum ſyluam concidere, quam nos artic. 266. ex illo iure conceſſimus vastam, multiplicem, infinitam, incertam: de qua pridem prudentiſſimus quiſque legem optabat, quæ hîc tandem prodijt.

2 Et tous autres.) *Exprimi de eccleſiis quoque conueniebat, ſed hæſit calamo dictantibus, & incauto, cum de his quoque reformatores ſentirent.*

3 Contre ceux qui ſont hors du Duché.) *Hic exprimi conueniebat, an de temporali, aut domiciliaria abſentia intelligeret, de quo nos art. 289. & ſcio vſu receptum, vt de temporali quoque abſentia accipiatur, ex quo illæ fraudes cum meditati venditores conſulto poſtquam prædia vendiderunt, aliquem de ſuis in externas prouincias fraudulenter amandant, vt locum legi faciant, dum pecuniam conquirunt redimendo prædio retrahentis nomine, quod manifeſtè eſt eludere commercia, & lege fraudibus patrocinari prætextu iuris.*

4 Pour s'oppoſer.) *Adde* & conteſter *ex art. 278. neque enim diuerſum tempus intelligitur ſtatui, ibi enim regula vniuerſalis ponitur cuiuſque generis oppoſitionibus.*

5 Sans empeſchement.) *Id eſt*, ſans interruption ciuile ou naturelle.

CCLXXV.

ET s'il y auoit dol ou fraude au contract ou aux bannies, competera action nonobſtant leſdites bannies & certification d'icelles, iuſques à dix ans apres ladite certification. Et où il n'y auroit bannie, 3 ne ſera aucun receuable apres les quinze ans, à compter du iour du contract & poſſeſſion priſe, à debatre le contract de dol, fraude, ne ſimulation: & demeurera l'acquereur (comme dit eſt) approprié. CCLXXV. Veteris conſuet. ſup.

1 Au contract, ou aux bannies.) *Addendum fuerat*, ou en la recognoiſſance, *quod cùm omiſſum eſſet, monente me additum eſt ſub titulo*, des premeſſes, *de quo nos artic. 269. verbo* aux bannies: *ſed articulus editus eſt, qui eſt 327. infra.*

2 A compter du iour du contract.) *Additum, quia nuper reperti erant, qui nuita Themide, quin decennium hoc ſubordinandum putarent decennio, de quo in clauſula priori, atque ita retrahentem contra omnium ſenſum uſque ad 25. annum admiſſent ad retractum, inſciè, & merito tale iudicium ordines magno conſenſu repudiarunt.*

3 Ne ſera aucun receu à debattre.) *Hic igitur quicumque deſipis, diſce præſcriptionem quindecennalem, quæ cum titulo currit etiam data poſitiua mala fide currere: nam etiam data fraude, dolo, aut ſimulatione contractus nihilominus præſcriptio perficitur, nec quiſquam recipitur ad allegãdam, aut probandam malam fidem: ſileant igitur luſciоſi, qui in ſole caligant.*

CCLXXVI.

LA forme cy-deſſus ordonnee pour faire bannies d'heritage, ſera vniuerſellement gardee par tout le pays, quelque vſement local que les Seigneurs & Gentils-hommes ayent par cy deuant pretendu en leurs terres, ſans preiudice de leurs droicts en autre choſe.

Hic articulus multùm ſudente me editus eſt, vt in re tanti momenti certa & uniformis regula conſtitueretur tota regione, quod ante monueram, & conſulueram faciendum, cùm ſcriberem in art. 265. & ſe reclamantibus dominis prædiorum quibuſdam, ne publicæ utilitatis prætextu priuati commodi illuderetur: & aliter conſuli poteſt damnum allegantibus, & publici cura potior eſſe debuit.

CCLXXVII.

LEs bannies d'heritages ſituez en pluſieurs paroiſſes, ſe doiuent faire en chacune d'icelles, & certifier en la iuriſdiction dont les choſes ſont tenuës prochement, ou eour ſuperieure. 2 Et où on auroit obmis à bannir en quelques vnes deſdites paroiſſes, vaudra l'appropriment pour le regard des heritages ſituez aux paroiſſes où les choſes auront eſté deuement bannies, pourueu qu'on ait fait les bannies en la paroiſſe en laquelle le chef ou principal manoir de la terre ſont ſituez.

1 *De hoc nos art. 265. verbo*, Ou par Cour ſuperieure.

2 Et où on auroit obmis.) *Dici non poteſt quantum huius articuli materia negotij faceſſerit bonis, & eruditis, cùm quidam obſtinatè & peruicaciter cõtenderent contractus eſſe indiuiduos, ita vt ſi quæ pars omiſſa eſſet, totum approprimentum corrueret, quibus nos in approprimentis ex profeſſo ſic reſpondimus, ne nullius negotij in reformando fuerie ordinibus perſuadere, ineptè & imperitè hoc caſu de indiuiduitate argui, & grandi paralogiſmo falli: huius ſententiæ aut erroris auctores, cùm ne indiuiduitatem rectè perciperent, & abſurde de ea arguerent, & à principiis omnibus refelleretur. Stetit itaque non magno negotio hic articulus, adiecto ſi in principalis manerij paræcia bannimenta eſſent facta.*

CCLXXVIII.

LEs oppoſitions ſoient 1 iudiciellement ou extraiudiciellement faites contre bannies ou approprimens, ne durent qu'vn an, 3 à compter du iour qu'elles auroient eſté ſignifiees extraiudiciellement, ou fournies en iugement, s'il n'y auoit ſur leſdites oppoſitions 4 conteſtation 5 ou appoinctement du Iuge à eſcrire dans l'an qu'elles auroient eſté fournies en iugement, ou ſignifiees extraiudiciellement. 6 Et où il n'y auroit conteſtation ou appoinctement à eſcrire dedans ledit temps, demeureront leſdites oppoſitions ſans effect 7 d'interruption, 8 & ſans aucun eſpoir de reſtitution. Et demeurera l'acquereur approprié: & ſeront les oppoſans deboutez par fin de non receuoir, ſoit que ladite oppoſition 9 fuſt libellee, ou generale.

Vtiliſſima diſpoſitio veteribus pridem valde vſurpata, ſed non ſcripta, ideoque imberbi ſeculo in dubitationem reuocata ad terminanda tempora intendendarum aut proſequendarum oppoſitionum, & an idem ius de iudicialibus & extraiudicialibus ſtatuendum eſſet, de quo nos pridem diffuſe art. 266.

2 Iudiciellement ou extraiudiciellement.) *Hæc adoleſcentis fori controuerſia, maior ſcilicet ne vis eſſet iudicialis an extraiudicialis oppoſitionis: nam veteres non dubitabant, quippe oppoſitio natura ſua ſimplex eſt actus partis, nec quidquam mutat in iudicio interpoſuiſſe, cùm iudex non interfatur, nec partes ſuas, aut cognitionem interponit, ac ne iudiciarius quidem talis actus cenſeri debet. Regula autem hic conſtituitur de forma omnium oppoſitionum, etiam in caſu art. 274. & 302. qui articuli ſubiacent huic diſpoſitioni vt vniuerſali, ſiue à die certificationis tempora currant, ſiue à die oppoſitionis formata ante certificationem.*

3 Vn an à compter du iour.) *Sine oppoſitio ante approprimẽta perfecta ſiue poſt intercedat: nã annus à die interpoſitæ oppoſitionis currit, in omnibus & quibuſcumque oppoſitionibus: & ita obtinet vſus, & praxis.*

4 Conteſtation

4 Conteſtation.] *Conteſtatio eſt illa ἀμφισβήτησις, quæ fit ex petitione & negatione, id eſt conflictus ex contradictione mutua.*

5 Ou appoinctement de Iuge à eſcrire.] *In quo ipſo actu ineſt conteſtatio, cum ſcilicet iudex audi-tis partibus, & repugnantibus interfatur actorem libellũ edere & reum reſpondere, quæ verbo antè ipſi ſunt profeſſi, hæc ratio & ritus conteſtandi articulo ſequenti additum,* ou autre pourſuitte, *de quo nos ibi. Sed hic notandum talem actum non ſufficere, niſi actor paruerit, & actu libellum ediderit: maior enim eſſet contumacia non parentis, quam omnino iniuſti,* il faut que le demandeur ait obey à l'appoinctement, autrement ee n'eſt rien fait pour interrõpre, car la contumace ſeroit plus grãde de n'auoir obey à l'appoinctement, que de n'en auoir du tout point pris. *Sed ſummopere notandum hic textum loqui de hiſturibus, quæ approprimentorum ſolemnibus excluduntur: hæc enim excluduntur anno poſt oppoſitionem, ſi conteſtatio non eſt ſecuta. Quod ſi quæ actiones dicuntur, quæ approprimentu non excluduntur, veluti reſciſſiones, quæ decennio durant. art. 275. & 286. & 297. & 280. hoc caſu oppoſitiones interpoſitæ nulla ſecuta proſecutione intermoriuntur quidem, ſed intra decennium reſumi actiones poſſunt, quia ſcilicet adhuc tempora largiuntur.*

6 Et où il y auroit conteſtation, ou appoinctement dans ledit temps.] *Terque quaterque notandum, quod hic dicit conteſtationem fieri oportere intra annum à die denunciatæ oppoſitionis: nec ſufficit vllus actus minor conteſtatione.* Car il faut conteſtation ou exploict equipollent à conteſtation, tellement que pour faire vn tel exploict on contraindroit vn defendeur à venir durant induces *l. 1. D. de ferys.* vn defaut equipolle conteſtation, comme auſſi les parties de commun conſentement faiſoient remeu de la cauſe à autre iour dit, *quia per eas ſtat quominus conteſtetur. l. eum qui §. qui interarum. D. ſi quis cautionib.* lequel temps le Iuge de luy ſeul ne peut proroger, *cum in poteſtate iudicis non ſit tempus ſtatuarium*: & en ce cas ne ſuffiſoit de donner adiournement & aſſignation à eſcheoir apres le temps, & fuſt-il ſignifié dedans le temps: car il faut conteſtation entiere, & ce dedans le temps dudit an, autrement le laps de temps, & l'appropriment excluſoient les oppoſans.

7 Sans interruption.] *Immenſum eſt quod ſuſcipi laboris oportuit, vt hic articulus obtineret: & ſi perſpicuam auctoritatem habebat ab ordinatione Regis, quæ Ruſſilioni edita eſt anno 1564. Nec actius de aris & focis dimicari potuiſſet, cùm quidam etiam ſublato interruptionis effectu manere actiones vellent, doctiſſuris & experimentorum legum vim obtinendebant, & approprimento ſemel perfecto nullas manere actiones, & omnium omnes excludi volebant, nec eas reſumi poſſe: quia approprimẽtum extinctu interruptionu effectu reconualeſceret, & retrogeret, perinde ac ſi nulla vnquam interruptio interueniſſet oppoſitione ad nihilum redacta cum toto ſuo effectu. Res hæc per plures dies comperendinata denique conſultis meditatique ordines reſæpius agitata, & in conſilium miſſa inſtitêre, vt articulus perferretur, quod niſi fieret, ingens feneſtra aperiebatur veternoſis oppoſitionibus inſidiatorum ad conuellendas cuiuſque ſecuritates, & mirandum cuiquam omnino, cui mens conſtaret, aduerſariam ſententiam placere potuiſſe.*

8 Et ſans eſpoir de reſtitution.] *Additum ad reſellendas cauillatrices ſententias, quæ reperierant vitiligari, & currere quidem præſcriptiones fatebantur, ſed reſtitutiones dari, quod ipſum erat verbum eludere effectus rerum, de quo nos in approprim. art. 266.*

9 Soit que l'oppoſition ſoit libellee.] *Nam erant qui putarent ſatis eſſe ad interruptionem, ſi actio & petendi cauſæ exprimerentur incitatione in ſpecie, de qua nos in approprion. late vbi ſupra.*

CCLXXIX.

ET au cas qu'il y auroit conteſtation, appoinctement à eſcrire, ou autre pourſuitte de l'oppoſition, ſi l'inſtance eſt diſcontinuee par trois ans, ladite inſtance demeurera perie, & aura l'appropriment ſon cours.

1 Ou pour autre pourſuitte.) *Nollem additum, & in præcedenti articulo ſatis erat expreſſum de actu conteſtationu, aut alio æquipollenti, & difficilè eſt hæc verba verificari aliter.*

2 L'inſtance demeurera perie.) *Lapſu ſcilicet temporis.*

3 Et aura l'appropriment ſon cours.) *De hoc pugna ingens vt ſupra diximus, cùm quidam perire quidem inſtantiam, ſed manere actiones vellent, ſic facturi vt approprimenti nulla vis, nullus effectus eſſet: ſed vicit melior rum conſenſus.*

CCLXXX.

ET nonobſtant leſdits approprimens; les rentes cenſiues, & autres foncieres, & deuoirs ſeigneuriaux qui ſeront deuz auparauant leſdits approprimens ſur les heritages, ne laiſſeront d'eſtre payez à celuy à qui ils eſtoient deuz. cclxxx Veteris conſuet. ſup.

1 Ne laiſſeront d'eſtre payez.) à l'aduenir, mais les arrerages ſe preſcriront par temps, *vt art. ſequen.* & par l'appropriment auſſi.

CCLXXXI.

ccLxxvi. Veteris conſuet. ſup.

LEs deuoirs de lods, ventes, rachapts, & autres droicts ſeigneuriaux, qui ne chéent d'an en an, ne ſe preſcriront, s'ils ne ſont eſcheuz: auquel cas ſe preſcriront les lods & ventes par trente ans, à compter du iour de l'exhibition des contracts faicts au Seigneur proche, ou ſon Procureur: & les rachapts du iour qu'ils ſeront eſcheuz.

1 A compter.) *Nobilitatis hæc poſtulatio, nec talibus facile præſcriberetur, nec aliter quam ex dominorum negligentia, ſi ius ſuum non eſſent executi poſt inſtrumentorum exhibitionẽ. Nouus iuris cõſtitutum.*

CCLXXXII.

ccLxxi. Veteris conſ. ſup.

DRoicture & ſeigneurie eſt acquiſe à celuy qui a paiſiblement & notoirement iouy ſans tiltre par luy, ſes predeceſſeurs, ou autres, dont il a cauſe, par l'eſpace & laps de quarante ans, laquelle preſcription aura lieu [2] contre mineurs, abſens, communautez, meſmes [3] entre freres & ſœurs pour leurs partages.

1 *Hic articulus de præſcriptionibus longiſſimi temporis agit, quæ ſine titulo currunt, nec bonam fidem exigunt, ne iure quidem Romano.*

2 Contre mineurs.) *Congruit articulus 274.*

3 Entre freres.) *Vt excluderet diſpoſitionem articuli veteris 275. qua diuerſum in hoc caſu ſtatuebat nulla bona de cauſa, & eum viſum eſt ordinibus corrigi.*

CCLXXXIII.

ccLxxii. Veteris conſuet. ſup.

ENtre freres & ſœurs, & autres coheritiers, le detenteur [1] de l'heritage partagé entr'eux, eſt approprié par an & iour, ſans bannie, au regard de ſes coheritiers.

1 L'heritage partagé.) *Addendum cenſui, nam communiter poſſidendi nulla præſcriptio poſſet obiici. Quod ſi quis ſolus pro ſua rem communem poſſidet, remittendus eſt ad diſpoſitionem articuli præcedentis, & quadragenarias præſcriptiones.*

CCLXXXIV.

ccLxxiii. Veteris conſuet. ſup.

CHoſe mobiliaire ſe preſcript par l'eſpace de cinq ans, s'il n'y a obligation, lettre, ou promeſſe par eſcrit.

Dimidium temporis de veteri decreatum eſt, quod ſic accipi conuenit, cùm nulla perſonalis actio competit, ſed vendicatio ſola.

CCLXXXV.

ccLxxiii. Veteris conſuet. ſup.

ACtion perſonnelle ſe preſcrit par le temps de trente ans, [1] ſoit qu'elle compete pour heritage, ou hypotheque acceſſoire à la perſonnelle, aſſiette de rente, ou autre choſe immeuble: [2] excepté les legats faits par teſtament, leſquels ſe preſcriront par trente ans, à compter du iour de la publication ou notification faite aux legataires.

1 Soit qu'elle compete pour heritage.) *Addendum cenſui, quia pragmatici complures putabant in talibus præſcriptiones immobilium ſeruari debere, quia de re immobili ageretur, quibus pridem reſponderamus art. 273. verbo* action perſonnelle, *quod præcidi expediebat.*

2 Excepté les legats.) *Ex veteri art. 273.*

CCLXXXVI.

Art. 285. N. C.

LEs preſcriptions introduites [1] & approuuees par la Couſtume, ou accordees par les contracts [2] & conuentions des parties, commencees auec les maieurs [3] courent contre abſens pour quelque cauſe que ce ſoit, mineurs, inſenſez, furieux, prodigues, interdicts eſtans pourueuz de tuteurs, ou curateurs, [4] ſans aucun eſpoir de reſtitution, ou relief, ſauf leurs recours contre les tuteurs, curateurs, & autres adminiſtrateurs: [5] fors & excepté la preſcription de dix ans, pour dol, fraude, circonuention, crainte & violence pretendus aux contracts & conuentions faites auec les maieurs. Laquelle preſcription ne courra contre leſdits mineurs, & autres cy-deſſus nommez, ny meſmes contre les maieurs, que du iour que leſdites cauſes de dol, force, & crainte, auront ceſſé.

1 Approuuees par la Couſtume.) *Decennales, quindecennales, quadragenariæ, & aliæ.*

2 Par les conuentions.) *Quæ conuentionales vocantur.*

3 Courront contre abſens.) *Congruit art. 282. & 274.*

4 Sans eſpoir de reſtitution.) *Ridenda, res quidem agentibus, iuriſprudentia nugatrix, quæ antico præſcriptiones admittit: ſed excludit poſtico oblata in integrum reſtitutione: ſic illis nobis pridem illuſere.*

5 Fors

5 Fors & excepté.) *Hæc exceptio non refertur ad priorem clauſulam, ne ſcilicet currat præſcriptio aduerſus hæredes eorum cum quibus cœpta eſt, quod aperte puenaret cum articulo 297. qui manifeſte curſum eius ſtatuit etiam aduerſus hæredes: ſed intelligenda eſt in caſu expreſſo in clauſula infra poſita, ne ſcilicet currat, quando hæres agendi facultatem non habuit propter continuationem, aut ſuperuenientiam cauſæ impeditiuæ: etſi quidam mihi appoſita eſt hîc clauſula exceptiuè ad clauſulam ſuperiorem per verbum* (fors) *quod ad ſequentia refertur & de cauſis impeditiuis ſtatuit, non de qualitatibus impeditorum.*

CCLXXXVII.

LEs conditions & graces de réemeté accordées par ces mots, *toutesfois & quantes que le vendeur ou autre voudra*, ſe preſcriuent par trente ans: à compter du iour de l'octroy d'icelles, qui ſe verifiera par acte ou ſerment deferé à la partie ſeulement.

Hic articulus iuris noui eſt ad præcidendas veteres dubitationes, de quibus nos latè art. 266. Additum valde conuenienter, ne niſi inſtrumentis probari talis conuentio poſſet, & nota hîc præſcriptionem cum mala fide currere, vt initio diximus.

CCLXXXVIII.

ACtion de crime eſt eſteinte tant pour l'intereſt public que ciuil, par cinq ans, prouuant l'accuſé, ſon bon nom: s'il n'y auoit plainte faicte, & information ſur icelle, auquel cas y auta dix ans. CCLXXIV. Veteris conſuet. *ſup.*

Additum ad veterem, multum vrgente nobilitate ne longior quinquennio actio eſſet, neue pro intereſſe ciuili poſt id tempus actio daretur.

Quæ ſequentibus articulis ſunt comprehenſa, explicatius quam in veteri ſunt tradita, tum ex ordinationibus regum addita quædam diſertius, & illa cauilloſa exceptio non numeratæ pecuniæ ſublata, quod ante ſcripto libro ſuaſeram arcic. 280. veter. & omnes probauere.

CCLXXXIX.

QVand aucun Seigneur a accouſtumé leuer & vſer d'aucuns ſubſides en ſa Seigneurie, & qu'vn ou pluſieurs des demeurans & eſtans entre les metes dudit Seigneur, & en ſa Seigneurie, pretendent exemption deſdits ſubſides, ils ſont tenus de prouuer le tiltre de leur exemption: ores qu'ils diroient qu'ils, ne leurs predeceſſeurs ou autheurs, n'en auroient iamais payé aucune choſe. CCLXXVI. Veteris conſuet. *ſup.*

CCXC.

ET à faute de prouuer leur tiltre d'exemption, le Seigneur en pourra vſer comme ſur les autres hommes, és lieux circonuoiſins, nonobſtant longue tenuë. CCLXXVII. Veteris conſuet. *ſup.*

CCXCI.

TOut tort faict où eſchet amende ciuile au Seigneur, eſt eſteint par an & iour, s'il n'eſt pourſuiuy, & n'eſt par laps de temps d'an & iour tollu l'intereſt ciuil de la partie offenſée. CCLXXVIII. Veteris conſuet. *ſup.*

CCXCII.

ACtion d'endommagement de beſtes, payement de foüages, tailles, impoſts, billots, & autres deniers d'octroy, taux, guets, aides, & deſaut d'auoir moulu à moulin, impoſitions extraordinaires, ſalaires, gages & loyers de ſeruiteurs, de marchandiſes baillées en detail à autres que marchans de ſemblables marchandiſes, ſeront preſcriptes par an & iour, à compter du iour que l'action compete: s'il n'y a ſcedule ou obligation par eſcrit ou interruption. CCLXXIX. Veteris conſuet. *ſup.*

CCXCIII.

EXception de pecune non nombrée, ou de marchandiſe non liurée, n'aura aucun lieu. Pourra neantmoins celuy qui s'eſt obligé, requerir & auoir le ſerment du creancier.

CCXCIV.

ENtre le Seigneur & homme de foy, longue tenuë ne nuit, ny ne porte preiudice audit Seigneur, qu'il n'ait le retraict de ſes hommes à cour & moulin. Et ſera le Seigneur ſuperieur tenu faire renuoy deſdits hommes du Seigneur ſubiect à la premiere requeſte que luy ou ſon Procureur en feront audit Seigneur ſuperieur. CCLXXXI. Veteris conſuet. *ſup.*

CCXCV.

EN contract de choſe mobiliaire, autre que de tranſaction de quelque ſomme que ce ſoit, on pourra, pour iuſte cauſe, demander la reſciſion, en intimant & declarant à la partie dedans vingt-quatre heures, qu'on ne le veut tenir. Et ſi l'vne des parties demandoit la reſciſion pour deception d'outre moitié de iuſte prix, elle n'y ſera receuë au deſſous de cent liures. Et ſi le contract excede ladicte ſomme, pourra demander ou la reſci- CCLXXXII. Veteris conſuet. *ſup.*

ſion ou ſuppléement de iuſte prix. Et n'eſt tolluë la redhibitoire, qu'elle ne ſe puiſſe intenter dans quinze iours pour cheuaux, & pour autres choſes dans ſix mois.

CCXCVI.

CCLXXXIII. Veteris conſuet. ſup.

NE pourront les mineurs eſtre releuez des contracts par eux faicts pendant le temps de leur minorité, apres l'aage de trente cinq ans parfaict & accomply.

CCXCVII.

LEs reſciſions de contracts, diſtracts, faicts auec maieurs, fondez ſur deception d'outre moitié de iuſte prix, ſe preſcriront par le laps de dix ans, à compter du iour deſdicts contracts, diſtracts, & autres actes: & courra la preſcription ainſi commencée contre toutes perſonnes, meſmes contre les mineurs, & autres pourueuz de curateurs : ſauf leur recours comme deſſus eſt dit.

Hîc notandum præſcriptionem etiam poſita mala fide currere.

DES PREMESSES ET RETRAICT LIGNAGER, ET FEODAL.

TILTRE SEIZIESME.

CCXCVIII.

CCLXXXIV. Veteris conſuet. ſup.

PREMESSE eſt octroyée à tous ceux qui ſont de lignage dedans le neufieſme degré du ramage, dont procede l'heritage. Et ſera l'heritage depuré du ramage du retrayant, quand aucun de ſa famille en a eſté approprié, & faict Seigneur irreuocable, ores que le retrayant n'en fuſt deſcendu.

Hic articulus pace bonorum omnium dictum ſit, excidit non ſatis cautis : nam & veteri conſuetudinario iuri ante omnem memoriam recepto, ideoque & naturæ ipſi repugnat, & iuris regulis. Retinendi ſunt termini de lignage, & de ramage: lignage *coniunctio eſt ſanguinis ab eodem ſtipite manans per gradus deſcendentes ad perſonas uſque venditoris & retrahentis, pertinet verò ad perſonas.* Le ramage *deſcenſus eſt prædij venditi, cuius retractus petitur a ſtipite communi retrahentis & vendentis, & pertinet ad rem ipſam. Hoc poſito ſciendum veterem conſuetudinem neminem recepiſſe ad retractum,* s'il n'auoit lignage & ramage *coniunctim, hoc eſt, niſi perſonæ eſſent coniunctæ per ſtipitem communem & res retrahenda olim per ſtipitem eundem communem tranſiſſet, & inde ad venditorem peruenieſſet. Quantum ad lignagium reformatores nil mutârunt, nec vero poterant : ſed cum fingunt ramagium, vbi nullum eſt, hîc peccatum. Non vulgatum eſt illud è iure, legem non fingere ſuper impoſſibili, nec fictio fit, niſi de poſſibilibus, & ſicuti ius tribui cuiquam nequit, vt fratri, qui frater non ſit, nec eodem patre aut matre genitus, veluti ſi quæſtio eſſet de introducenda tenura,* comme iugeigneur d'aiſné, il faut qu'en la creation qu'on preſuppoſe pour antecedent neceſſaire, qu'il y ait vn frere aiſné, & vn frere puiſné, *alioqui principia actus ſubſtantialia deficiunt. Ita ramagium dici nequit, niſi res in ſtipite communi radicem fecerit & in ramos deerrauerit. Quod hodie acquiritur ab vno de conſanguineis, incipit ſtipitem facere pro omnibus deſcendentibus deinceps. l. pronunciatiu. D. de verb. ſignif. Sed talis acquiſitio numquam regreditur in gradus aſcendentes, nec remeat in ſtipitem, non magis quàm vt ſuccus, qui in ramis eſt, recurrat in ſtipitem, quod fieri nequit, niſi tabeſcente arbore, non magis quam vt fluuius recurrant in fontes ſuos ſemel emiſſa, quod hîc faciunt contra naturam : debet enim ars imitari naturam, & ramagium permeare à gradu aſcendenti, in deſcendentem, non è contra. Hoc natura ipſa docet, qui arbores inſerunt, cùm ramo oculum indiderunt, expectant vt ſoboleſcat, & incrementum ducat à loco inſitionis : ſed nemo ſic inſanit, vt exiſtimet ab oculo indito vem reinanaturum in ſtipitem, nam is de tranco accipere notum eſt, id eſt* vmus *non dare, nec ſuccus recurrat de oculo, ſed incurrit de ramo. Quare perabſurdum eſt, quod hîc imaginantur hodie acquiſita recurrere in mortuos centum forte ante annis, & per eos aliquid refluere in alios ramos. Quod ſi hoc volebant, quod voluiſſe eos apparet, vt id in acquiſitis obtineret, quod in antiquis, & vere de ramagio exiſtentibus, non erat ramagij neceſſitas apponenda in retractu, ſed erat de veteri diſpoſitione adimendum, & ſimpliciter ſtatuendum retractum deinceps locum habiturum in acquæſtibus appropriatis : in quo nihil feciſſent abſurdi, & exemplo defendi poterant plurium vicinarum conſuetudinum, quæ eo iure vtuntur, quanquam, ſi verum fatetur volumus, contra retractus primarium & germanum vſum, qui in antiquis hereditatibus*

dis obtinere debet: ſed ramagium inducendo vim afferunt & legi & naturæ, & in lege non eſt, quod natura non admittit.

2 Et ſera l'heritage reputé du ramage.) *Hoc quidem non recte fingere eſt ſuper impoſsibili, & contra naturam, cùm ramagium definitur eſſe deſcenſus vel retrahendæ à ſtipite in gradus inferiores venditoris & retrahentis, & hodie factum nullo iure retrotrahi poſsit.*

3 Quand aucun de ſa famille.) *Melius dixiſſet*, quand aucun de ſon lignage.

4 En a eſté approprié.) Cela ſeroit bon pour les deſcendans de l'acqueteur *per d. l. pronunciatio*: mais en matiere de retraict, l'acqueſt du iourd'huy fait, ne remonte point aux degrez aſcendans pour faire ramage: auſſi peu qu'vne riuiere retourne en la fontaine, dont elle partoit. Cela ſe fait en droits ſucceſſifs pour y ſucceder, defaillans les deſcendans: mais la raiſon eſt, que la ſucceſſion eſt deuë au lignage & au ſang, & tellement deferé par la Couſtume, & n'y eſt requis ramage.

5 Ores que le retrayant n'en fuſt deſcendu.) *Mala ſcriptura, imo* ores que le rettayant ne ſoit deſcendu de celuy qui a faict l'acqueſt, qu'on veut retirer, & en ces mots ils confondent le lignage, & le ramage: car leur intention eſtoit de dire, que combien que l'heritage ne fuſt deſcendu du tige commun des predeceſſeurs de l'acqueteur & retrayant, il y auroit premeſſe à à l'acqueſt apres l'appropriment, & ne voulant parler que du ramage ſeul: car quant au lignage il n'y pouuoit auoir difficulté. *Hæc patent ad ſenſum.*

CCXCIX.

TOut preſme & lignager peut retirer la choſe ſubiecte à premeſſe, en payant par luy le vray prix conuenu entre le vendeur & l'achepteur, & les loyaux fraiz, couſts & miſes ſans fraude. CCLXXXV. Veteris conſuet. *ſup.*

CCC.

ET ſi le preſme a faict faire vn adiournement à ban de quinzaine à la paroiſſe où les heritages, ſur leſquels il demande la premeſſe, ſont ſituez, & luy ait eſté à ladire quinzaine, ou apres la premeſſe iudiciellement adiugée, aurre plus prochain lignager n'aura leſdictes choſes par premeſſe. CCLXXXVI. Veteris conſ. *ſup.*

CCCI.

REcognoiſſance de premeſſe ne ſera cenſée, ne reputée valable au preiudice du tiers, ſi elle n'eſt faicte en iugement aux plaids ou hors plaids, au lieu où on a accouſtumé tenir la iuriſdiction. CCLXXXVII. Veteris conſ *ſupra.*

1 Au preiudice du tiers.) *Additum, ne indefinita locutio negotium faceſſeret partibus inter ſe: nam recognitio vbicumque, & quomodocumque facta nocet recognoſcenti, & ſi facta ſit ſine fraude, eximetur recognoſcens omnibus actionibus, quæ adverſus recognitionem dandæ ſunt: mala fide fit, ſi poſt litem intentatam acquirens alium recognoſcit, & tum locus ſit art. 327. infra hoc tit.*

CCCII.

LE preſme [1] qui n'eſt demeurant au Duché, ou eſt abſent dudit Duché, a an & iour apres l'informarion, & certification faicte des bannies en iugement pour demãder la premeſſe. CCLXXXVIII Veteris conſuet. *ſup.*

1 Qui n'eſt demeurant au Duché, ou eſt abſent dudit Duché.) *Hîc perſpicuè datur intelligi hoc caſu ſufficere abſentiam etiam caſualem, & temporariam, etiam ſi non ſit perpetua vt domicilij externi, de quo nus art. 174. quod autem dicit* demander, *intelligecum effectu: ita vt ſuper petitione conteſtatio accedat ex regula art. 278. quæ generaliter de oppoſitionum omnium vi, & effectu ſtatuit.*

CCCIII.

ET eſt tenu le preſme abſent prouuer ſon abſence, ſi elle eſt deniée. CCLXXXIX. Veteris conſuetu *ſup.*

CCCIV.

LE vendeur & achepteur ſont tenus de iurer comme le marché fut fait, s'ils en ſont requis. CCXC. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCV.

ET ſi le preſme vouloit prouuer la maniere du marché, parauant qu'il euſt pris le ſerment, il ſeroit receu à le prouuer: nonobſtant que le Seigneur ou ſes officiers euſſent pris le ſerment pour auoir les ventes parauant que le preſme fuſt cogneu. CCXCI. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCVI.

ET au cas qu'il n'y autoit preſme du ramage qui vouluſt venir au retraict, le Seigneur feodal ou celuy qui a rente cenſiue, peut retirer les heritages vendus par puiſſance de fief, ou de cens. [1] Et ne ſera le Seigneur de fief fruſtré du retraict feodal par appropriment CCXCII. Veteris conſ *ſup.*

ſinon que l'acquereur euſt auparauant fait exhibition du contract au Seigneur ou ſon procureur, & qu'il euſt payé, ou offert iudicielement audit Seigneur, ou ſun procureur, & receueur, (la Cour dudit Seigneur renant) le deuoir de lods & ventes, ou que ledit acquereur euſt fait les bannies & approprimens par la Cour dudit Seigneur.

1 Et ne ſera le Seigneur du fief fruſtré.) *Additum rogatu nobilitatis, quæ nihil ſibi de talibus periri patiporerat, & magnopere contendebat, vt ex tali culpa ſimpliciter appropriamentum, & omni reſpectu interciderer: ſed pluris obſtitere, & ſatis eſſe ordines ſunt arbitrati, ſi priuatim dominus prædiorum caueretur, & eorum reſpectu vis approprimenti ſubſiſteret.*

CCCVII.

ccxciii. Veteris conſuet. *ſup.*

L'Oppoſant, ſoit par oppoſition generale ou particuliere, qui eſt recogneu à preſme en iugement par l'achepreur, doit payer reaument & de fait le prix de la choſe qu'il pretend auoir par retraict, ſelon qu'il eſt contenu au contract, s'il n'y a fraude, & les loyaux couſts & miſes 1 dans quinze iours apres la recognoiſſance & adiudication de premeſſe, 2 ſans que ledit temps puiſſe eſtre prolongé par aucun Iuge.

Les cauteleurs du temps paſſé formoient des oppoſitions generales contre les approprimens ſans libeller, ou dire aucune cauſe de leurs oppoſitions, l'acquereur recognoiſſoit la premeſſe au cas que le demandeur oppoſant la vouluſt demander par ſon oppoſition. Cela demeuroit vn an ainſi, l'oppoſant reprenoir ſon oppoſition, & demandoit la premeſſe: l'acquereur reſpondoit, que le demandeur n'eſtoit receuable; & que l'ayant recognue dés auparauant l'an, & n'ayant le demandeur rembourſé, il en deuoit eſtre exclus: l'oppoſant repliquoit, que le temps de rembourſer ne luy pouuoit auoir couru, que du iour qu'il l'auoit demandée, or n'auoit-il libelle de premeſſe que puis peu de temps. Voila les conteſtations que les reformateurs ont voulu retrancher, ordonnans que s'il ſe trouue que le demandeur demande la premeſſe en vertu de ſon oppoſition precedemment formé, ſi le defendeur l'auoit recognue lors de l'oppoſition, il falloit preſtement rembourſer: car la premeſſe *retro videtur in iudicium deducta, & agnita*, & conſequemment faut rembourſer dedans quinzaine à compter du iour de la recognoiſſance.

La recognoiſſance ſe dit.) *Reſpectu ſummæ principalis liquidæ, quæ per contractum apparet*, & l'adiudication ſe dit *reſpectu ſumptuum & expenſarum: quia alioqui ſola negatio excludit à retractu, ſi ſumma principalis ſoluta non ſit, nec adiudicatio neceſſaria eſt, niſi in ſumptibus, quia actus recognitionis pendet à ſola parte.*

2 *Dans quinze iours.*) au lieu de huictaine du paſſé, *ne amplius tempus daretur obſtiti.*

3 Sans que ledit temps puiſſe eſtre prolongé.) *Hoc ideo, quia paulo ante reperti erant, qui inſenſa Themide id tempus ambitioſè prorogarant, quod in poteſtate iudicantium non eſt, & legu auctoritati reſeruatum eſt. Sed & repertus erat retrahens, cui cùm in iudicio extempore facta eſſet recognitio, tempus ſibi dari petiret vlera legale, quia importuna, vt dicebat, oblatione circumueniri ſe diceret, nec pecuniam ad manum haberet, & olim elapſam de manibus: qua petitione excluſus eſt, & toto retractu areſto Pariſienſi.*

CCCVIII.

ccxciv. Veteris conſuet. *ſup.*

LE preſme peut demander & auoir premeſſe en tout le contenu du contract ſubiect à premeſſe, ou à ce qu'il en pourra payer, pourueu que les choſes où il pretend la premeſſe, ſe puiſſent cõmodement diuiſer. Et au cas que le preſme n'en voudroit payer que partie, ſi l'achepreur 1 ou le creancier, auquel auroient eſté les heritages baillez en payement requetoit à la Iuſtice que ledit preſme iuraſt qu'il n'en peut plus payer, ſans mal mettre ſon eſtat, il, ou ſon Procureur ſpecialement fondé, le doit iurer, ou accomplir le payement.

1 Ou le creancier.) *veterus iuris, & obſoleti reliquiæ.*

CCCIX.

ccxcv. Veteris conſuet. *ſup.*

ET audit cas n'auroit le preſme, par ſa premeſſe, des pieces à ſon election, s'il n'y auoit qu'vn contract, & il ne peuſt tout auoir: mais lors doiuent entr'eux departir par lotes, s'ils ne font autre accord, & ce qui eſchoiroit audit preſme en ſon lot, luy demeurera.

Nullus æque iniquus articulus eſt, vt hic in toto conſuetudinis ſcripto, & ſi de veteri iure deductus, & deſcriptus. Itaque inſtitimus, vt reformaretur rationes ex iure & ciuilibus regulis addidimus. Rectè dicatur contractus in duiduos eſſe ex voluntate quidem alterius contrahentium: itaque iniquum eſſe in arbitrio retrahentis ponere ſolubilitatem partis contractus quam emptor ipſe & acquirens non habuit, cùm magnam iniuriam fieri contingat emptori, cui pars rei emptæ adimatur. Quamobrem ſicut in poteſtate venditoris

venditoris non ſit partem contractus reſoluere, ſic ne emptoris aut retrahentis eſſe debere: igitur aut contractum diuidere, aut in communione cogi manere diſtractione partis contra tua eſſe, & legem ei imponi, de eo quod totum ſuum eſt: nam & diuiſioni mile ineſſe incommoda, vſus fruendi, ſeruitutum mutuarum, cohabitationum, hic pratum cupit, ille vernaculum, aut aratorium, ille aliud interim mirae litis, & rixa de ſepibus, de ſtratu ſtramentu eundo aut auendo. Dictae ſunt & rationes aliae complures, ſed nullo modo obtineri potuit, & fuit qui diceret rem ſe ſuam olim beneficio huius articuli ſeruaſſe: ſane (inquam) ſed quanta cum vicini iniuria, & contra leges ciuiles. Quod ſi quis id retraheret: quod in ſuis conſanguinitate eſſet fieri poſſe, ſi externa recuſaret: ſed ſi totus fundus retrahi poſſet iure ſanguinis improbe totum recuſari, & magnam iniuriam nec ei emptoribus, nec exemplum vſquam in toto regno Franciae talis iuris reperiri. Sed id erat aduerſus obſtinatos dare operam, vt cum ratione inſanires.

CCCX.

ET peut l'acquereur auoir le ſerment du preſme ou de ſon tuteur, s'il le requiert, qu'il fait ledit retraict pour le retenir à luy ſans fraude. ccxvi. Veteris conſuet. ſup.

CCCXI.

PRemeſſe n'appartient à aucun s'il ne l'a au temps de la bannie ou de la certification: comme, ſi vn enfant eſtoit encores à naiſtre apres la certification, il n'auroit premeſſe. ccxvii. Veteris conſuet. ſup.

CCCXII.

EN put feage noble ne doibt y auoir premeſſe.

Demptum eſt quiddam de veteri.) Pourueu (diſoit-elle) que le baillieur retienne les obeiſſances, & il ne peut faire feage ſans rerention d'obeïſſance, *iure quidem conſuetudinario.* ccxviii. Veteris conſuet. ſup.

CCCXIII.

QVand heritage eſt baillé pour iouyr des leuées par certains ans, & iuſques au parfaict payement de la debte du creancier, & en tout autre engage, [1] ferme ou louage, s'ils n'excedent neuf ans, n'y aura premeſſe, & s'ils excedent neuf ans, pourra le preſme venir au retraict, pourueu qu'il reſte ſix ans de la iouiſſance dudit heritage. ccxx. & ccxi. Veteris conſuet. ſup.

In veteri quadriennium dumtaxat fuit, ſed eum id perſpicuè ſpectaret ad ludenda commercia, & fidem contractuum, vt hoc modo conductores excluderentur, inſtitimus, vt ius iniurium corrigeretur: nec enim hunc vſum eſſe retractus, nec enim fuerat ad conductiones inuentum, ſed ad retinendas paternarum alienationes extra familias. Extiterat nuper Comitiſſa quaedam, quae locato praedio multis conditione reperta filiam ſuam vix triennem induceret in ſcenam ad petendum retractum ſuae matris futura conductrix manifeſta fraude, & impoſtura contra legem: nam nec aetas, nec iudicium, nec conditio personarum tale quidquam pati poterat. Interceſſere multi, quibus nec cor, nec mens eſſet: demum id tantum obtineri potuit, vt tempus quadriennij in nouennium prorogaretur, ſic arbitrantibus cordatis hominibus raros tales contractus fore, ideoque & variorem iniuriam.

1 Ferme, ou loüage.) *Velut* aux domaines congeables, qui ſe baillent à temps de neuf ans ou autre indeterminé. *Quia contractus decennales etiamſi dominij tranſlatiui non ſint formaliter, tamen quia diuturni temporis ſunt alienationem quodammodo important, quod vulgo notant gloſſae. Dicuntur vectigal, & ideo in hoc retractu dantur, & laudimia competunt, & cetera alienationis ſentiunt, quod alibi diximus: tales ſunt locationes etiam temporis indeterminati, quia pro perpetuo habentur:* comme les domaines congeables, & precaire, & emphiteoſes, & *talia.*

CCCXIV.

EN tout contract cenſuel, y aura lieu de retraict: ſoit au lignager, ou Seigneur feodal, ou cenſuel.

CCCXV.

EN eſchange qui eſt faicte de terre, pour terre, ores qu'elle ſoit aualuée pris pour pris, n'y a premeſſe: ſi ce n'eſtoit en herbregerie où pluſieurs ſeroient herbregez, & l'vn de ceux qui y auroit droict en fait eſchange à perſonne eſtrange, & les autres ou autre qui auroient part en la maiſon & herbregement, pretendroient qu'ils ne fuſſent commodement herbregez & logez, y aura retraict lignager: baillant recompenſe au compermutant d'autre maiſon ou heritage ſuffiſant, le plus commodement que faire ſe pourra, pour ledit compermutant. ccc. Veteris conſuet. ſup.

CCCXVI.

EN contract faict partie par tiltre d'eſchange, & partie par tiltre de vente, les contrahans ſeront tenus ſpecifier les heritages qu'ils entendent faire entrer en la vente, & y aura

premeſſe és choſes venduës. Et ſi le contract eſtoit fait & conceu à tiltre d'eſchange ſeulement, & y auroit deniers debourſez pour ſuppléement, ſi leſdits deniers n'excedent le tiers de la valeur, n'y aura aucune premeſſe. Et au cas qu'ils excederoient ledit tiers, y aura premeſſe, au prorata de tout l'argent debourſé. Et ſeront les contrahans tenus exprimer par le contract, à quelle portion ils eſtiment ledit ſuppléement. Et ſi le preſme ne ſe contente de ladite eſtimation, il pourra faire priſer les choſes à ſes deſpens: ſauf repetition deſdits frais s'il ſe trouue fraude en l'eſtimation faicte par les contrahans.

Fœmina maritata ſi quem conuenire velit, aut in iudicio conſiſtere, aut hæreditatem adire, mariti auctoritatem requirere debet: quod ſi maritus recuſet, poteſt iudex aditus ex libello auctoritatem præſtare, & ſi in eo quoque interdum nonnulla iudicis cognitio eſt, ne malæ litis auctoritatem præſtet: nam inſolens eſt maritum compelli ad auctoritatem præſtandam, ne res obliget.

CCCCL.

FEmme giigne ſon doüaire, ayant mis le pied au lict, apres eſtre eſpouſée auec ſon Seigneur & mary, encores qu'il n'ait iamais eu affaire auec elle: pourueu que la faute n'en aduienne par impuiſſance naturelle & perpetuelle de l'vn ou de l'autre des mariez, dont plainte ait eſté faicte durant le mariage par l'vn deſdits mariez: & que pour ceſte cauſe le mariage ait eſté declaré nul par Iuge competent, ſoit du viuant deſdits mariez, ou apres. Auquel cas, ou que la femme ſe forferoit en ſa perſonne, dont le mary durant le mariage en auroit fait plainte, elle perdra ſon doüaire, donation, & autres aduantages prouenans de ſon mary.

ccccxxix. Veteris conſuet. *ſup.*

1 Ayant mis le pied au lict.) *Ab hoc actu conſuetudo coniunctionem corporum præſumpſit, ne honeſti perſe facti inhoneſta allegatio eſſet, & probatio proinde impoßibilis, qua conſideratione Iuſtinianus puberitatem annis æſtimari voluit, cùm ante eius tempus ab habitu corporis æſtimaretur.*

2 Encor qu'il n'ait iamais eu affaire à elle.) *Quo tempore hic articulus incidit in examen ordinum, nobilis controuerſia inter coniuges primariæ notæ feruebat huius argumenti, quam externi iudices quibus cognitio ea de re mandata erat, externo etiam ſenſu finierant, adiudicato doario & abiudicata donatione, cum vtrumque ab eadem indiuiduaque cauſa penderet, matrimonij ſcilicet, dum verbis hærent (&* n'euſt-il iamais eu affaire à elle.) *Vera eſt ſententia, vbi matrimonium non ſit ibi nec doarium, nec do-*

tem, nec donationes, nec quidquam esse posse quod a matrimonio veluti à sua causa dependeat. Quare resoluto matrimonio ex causa impotentiæ naturalis perpetuæ matrimonium antecedente, pacta matrimonialis omnia, & vtilitates resoluuntur, & concidit possunt, veluti causa non secuta. l. si donaturus. D. de condict. ob cau. Nec intelligenda est consuetudo per hæc verba ad lucrum doarij satis habuisse, si mulier pedemintulisset, si præsupponeretur impotentia coniunctionis, sed ita actus necessitatem remouit ab fœte, vt potentiam, & habilitatem agentis præsupponeret, & ita non esse factum, vt si voluisset, posset. Nã posita impossibilitate agendi, matrimonij quoque impossibilitas ponebatur, ergo & pactorum consequentia ex l. in causis. C. de repud. cap. & si necesse ext. de malefi. & frigid. Nam omnis conditio, vel dispositio posita ex matrimonij causa, præsupponit matrimonij validitatem l. cum veterum, l. si antè. C. de donat. ante nupt. & quos alios in commentarijs. Ita vt si ex statuto maritus præmortua vxore in matrimonio lucrari debeat dotem partemve eius, quale esse dicatur Mediolani, Cremonæ, Papiæ negent habere locum, data inhabilitate coniunctionis, de quo Iason consil. 58. & consil. 115. lib. 1. Quare desinant molesti esse, qui pugnantia conuertunt ex libris: hæc sententia est legum & iuris patrij, quod pessimè ab his percipiunt, qui hærentes scripto, non intelligunt ab hoc actu doarium tribui, qui vice carnalis coniunctionis ex lege fungitur, sed ita vt necessario præsupponatur facultatem & habilitatem marito non defuisse iucundæ mulieri, si voluisset. Nam inhabilitas actum destrueret, & quodcunque ex eo infertur, veritati enim cedit actus præsumptiuus, si conuincitur: de quo ne posthac quisquam dubitaret additum est, de ordinum sententia, hoc quod hîc sequitur. Plura in commentarijs.

2 Auquel cas.) d'impuiſſance naturelle & perpetuelle.

4 Se forferoit.) *Hos casus purificat, quoad amissionem pactorum matrimonialium, & consuetudinariarum vtilitatum,* qu'il dit aduantages, *ex l. consensu, D. de repud. autb. sed nouo iure. Cod. de adulter. l. cum mulier. D. solu. matrim.*

CCCCLI.

cccxxx. Veteris consuet. *sup.*

FEmme qui laiſſe volontairement ſon mary, & s'en va auec autre, & n'eſt auec ſon mary au temps de la mort, & auſſi ſi elle le laiſſe, & ne fait ſon deuoir de le garder, & elle le peut faire, au cas que le mary ne la refuſeroit, iaçoit qu'elle ne s'en aille auec vn autre, elle ne doit eſtre endoüairée.

CCCCLII.

cccxxxi. Veteris consuet. *sup.*

ET ſi elle s'en eſt allée par incontinence, le mary n'eſt tenu de la reprendre, ne la recueillir, ſi n'eſt de ſa volonté.

CCCCLIII.

cccxxxii. Veteris consuet. *sup.*

ET s'il la recueillit de ſa volonté, ou par ſentence, elle doit eſtre endoüairée apres le decez de ſon mary, quelque folie qu'elle euſt faicte de parauant: pourueu qu'elle face ſon deuoir de le garder, & de le ſeruir.

CCCCLIV.

FEmme vefue qui ſe remarie auec ſon domeſtique ordinaire, perd ſon doüaire. Et au cas qu'elle auroit enfans d'autre mariage, & ſe remarieroit follement à perſonne indigne de ſa qualité, ſeront tous dons & aduantages par elle faits à telles perſonnes, nuls & de nul effect & valeur: & demeurera ladite femme deſlors de la conuention de tel mariage, interdicte de tous ſes biens.

Articulus noui iuris deſcriptus ex Bleſenſi art. 182. ſed hic amplius, quia priuat eas doario & habet affinitatem cum tit. de mulieribus quæ ſe proprijs ſeruis iunxerunt indignè: Magna hic cognitio, & libratio æqualitatis, & odioſum argumentum.

CCCCLV.

ccccxxxiii Veteris consuet. *sup.*

DOüaire eſt acquis à femme vefue [1] (encores qu'elle ſe remarie) ſur les heritages de ſon Seigneur mary, pourueu qu'elle ſe ſoit portée loyaument en ſon mariage. Et doit auoir le tiers de ce dont ſon mary a eu ou peu auoir ſaiſine & poſſeſſion ou droiture, durant le mariage, s'il n'y a conuention au contraire, [2] ſoubs & iuſques à la moitié de l'vſufruict.

1 Encor qu'elle ſe remarie.) *Additum ſcripto, cùm pridem id ipſum facto vſurparetur, ſed adijci ordines voluerunt: cuius conſtituti occaſione arripuit nobilitas occaſionem petendi, vt ſtatueretur præmortua vxore partem aliquam bonorum decidi marito. Noua & inaudita poſtulatio, & ſi aliquo aliquid inſuſurrarat tumultuantibus de ſtatutis, quæ Mediolani, Cremonæ, Papiæ & alibi per Italiam extare dicuntur. Id optimus quiſque aſpernari, ſed illi tam acriter inſtitere, vt penè vincerent: Res acta eſt tumultuosè, & intemperanter, denique eluſi potius quam victi, intercedente poſtulatu Procuratore generali ceſſere, ne quid tam abſurdum in noſtro iure extaret.*

2 Soubs & iuſques à la moitié de l'vſufruict.) *Hoc eſt niſi doarium conuentum ſit, de quo non amplius*

plius conuenire poteſt quam intra dimidium vſusfructus bonorum mariti, quod in veteri ſine certa determinatione erat.

CCCCLVI.

ET ſera miſe par ladite vefue la terre en trois lots, & puis choiſira l'hoir principal: & les deux autres lots égallera, & elle choiſira apres, s'ils ne peuuent autrement accorder. cccexxxiv. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLVII.

Excepté en fief noble, que le principal manoir, iardin, & bois de haute fuſtaye, ne ſeront comptez, baillant maiſon competante à la doüairiere. cccexxxv. Veteris conſuet. *ib.*

CCCCLVIII.

ET ſi la doüairiere n'eſtoit logée ſuffiſamment, elle le doit eſtre au principal manoir. cccexxxvi. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLIX.

L'Hoir du defunct n'eſt tenu aſſeoir douaire à la doüairiere, fors entant comme il a eu ſaiſine: ſi le defunct ou ſon hoir ne luy auoient faict autre accord, ou que les choſes fuſſent empeſchées par leurs faicts. cccexxxvii Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLX.

QVand noble homme a marié ſon fils aiſné, le fils aiſné, ou ſes enfans doiuẽt auoir la iouiſſance du tiers de la terre du pere, & le pere doit auoir le meuble qui eſt promis a la femme du fils. Toutefois, au cas que le fils aiſné auroit biens de la ſucceſſion de ſa mere, ou d'ailleurs, ſuffiſans pour honneſtement s'entretenir ſelon ſon eſtat & qualité, le pere ne ſera contrainct luy bailler la iouiſſance du tiers de ſa terre: & auſſi ne prendra-il les meubles de la femme dudit fils. cccexl. Veteris conſuet. *ſup.*

1 Toutesfois au cas.) *Hæc exceptio iuris noui eſt, addita poſtulantibus ordinibus, & ratio patet.*

CCCCLXI.

ET au cas que ledit fils auroit ledit tiers, doiuent le pere & le fils faire prouiſion competente aux autres enfans, à la raiſon & a l'equipolent que le pere & le fils tiendroient & iouiroient deſdits heritages. cccexli. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLXII.

QVand noble homme marie ſon fils aiſné, ſi le fils meurt deuant le pere, la femme du fils doit eſtre endoüairee du tiers de la tierce partie de la terre du pere: ſinon que le fils euſt d'ailleurs biens ſuffiſans, comme il eſt dit cy-deſſus. cccexlix. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLXIII.

ET ſi elle veut eſtre endoüairée ſur le bien du pere, le pere, ou ſes hoirs, auront ce qui auroit eſté promis de meuble à ladite femme, s'il n'eſtoit payé, excepté ſon trouſſel: c'eſt a ſçauoir, ſon lict, ſon coffre, ſes robbes & ioyaux qui luy demeureront quittes. cccexlii. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLXIV.

S'Il y a deux femmes vefues qui ayent eſté mariées, l'vne au pere, & l'autre au fils la premiere mariée ſera endoüairée premierement, & l'autre au demeurant de ce qui deuroit appartenir au fils. cccexxxviii Veteris conſ. *ſup.*

CCCCLXV.

DOüaire n'appartient à femme ſur les acqueſts, ſoit qu'elle y renonce, ou qu'elle y prenne part.

Non iuris, ſed quod etiam in caſu renunciationis admiſit doarium multis abſurdum videbatur. Nam poſita regula, que femme doit auoir doüaire en tous les biens dont le mary a eu la ſaiſine, ou peu auoir, art. 455. *Fundata videbatur mulier generali iure in talibus, cùm de acquæſtibus quoque olim dubitaretur. Quod ſi hu renunciaret mulier, iam non eſſe conquæſtus dicendos, quos maritus abſolute poſſideret, ſed patrimonialium loco haberi, quando in his mulier nullam partem caperet de ſuo capite. Sed alter ordinibus viſum eſt me non probante.*

CCCCLXVI.

L'Vſufruict des heritages deſquels le mary aura eu la proprieté durant le mariage, eſtant finy, & retourné a la proprieté, le douaire de la douairiere en ſera augmenté.

Magna dubitatio prædem, & tamen deciſa l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. D. de pigno. actio. Similis Borboniorum conſuetudo art. 261. Molinæus §. 1. glo. 1. quæſt. 5.

CCCCLXVII.

FEmme peut eſlire ſon Iuge en cauſe de douaire, ſoit ſuperieur, ou inferieur. cccexli. Veteris conſuet. *ſup.*

CCCCLXVIII.

cccexlii. Veteris conſuet. ſup.

ET ſi elle eſt endoüairée, & on luy ait baillé terres, maiſons, ou bois qui porte fruict, moulins, eſtangs, ou autres choſes, ſi elle les laiſſe deperir par quoy l'heritage ſoit moins valant, elle ſera deſſaiſie du doüaire: & ſera regardé le dommage qu'elle aura fait. Et d'autant comme le dommage ſera eſtimé, le reuenu dudit doüaire ſera diminué, & ce qui en deura demeurer à la doüairiere, luy ſera baillé par la main de l'heritier principal.

CCCCLXIX.

cccexliii. Veteris conſuet. ſup.

SI l'homme & femme n'ont eſté en mariage par an & iour de quelque cõdition qu'ils ſoiẽt, la femme ou ſes hoirs auront ce qu'elle y aura porté ſeulement: & encores elle payera la part des fraiz & conſtages des nopces, & de la deſpence, & entretenement du temps qu'elle a eſté auec ſon mary. Et ſi le mary demeuroit, il auroit le dict de ſa femme, iuſques aux ſecondes nopces.

CCCCLXX.

ET au cas que la femme conſentiroit à l'alienation du propre mary, elle perdra ſon doüaire ſur les choſes alienées, ſans pouuoir pretendre qu'il luy ſoit remply ſur les biens qui reſteront lors du decez du mary.

Hic articulus multum repugnante me ſcriptus eſt, & iuri Romano, adeóque & ratione obſiſtit. Mulierem quidem conſenſum præſtare poſſe alienationi rei maritalis nihil erat mirandum, ſic vt hypothecam ea re pro doario contracta eluceretur, & iure etiam illo cauebatur, l. etiam, l. quamuis. C. ad Vellei. nec enim mulier vetatur hypothecas remittere citra vetitæ donationis periculum hoc quidem reſpectu acquirentium: ſed reſpectu mariti certum hactenus fuerat hypothecam recidere in cætera bona mariti pro ſolido ex natura hypothecæ, quæ tota in toto & tota in partibus eſſe dicitur, vt indiuidua. Ideoque quamdiu maritus habet in bonis, vnde tertia bonorum ad doarium confici poſſet, nihil decedere poterat mulieri per remiſſionem hypothecarum: inde relinquebatur mulieris conſenſum de remittendis hypothecis ita demum valere, ſi bona mariti reſtarent tanta, vnde tertia pro doario mulieri confici poſſet, & ſi maritus ea ſoluendo ſupereſſent expreſſa. l. iubemus. C. ad Vellei. Nam alioqui contracta recidit in vetitas donationes inter maritum & vxorem. Hic contrarium ſtatuunt, vt mulieris conſenſus ſic valeat, ne mediet bona mariti recidat hypotheca, vnde eueniet, vt in ineunda ratione doarij omnium bonorum mariti, horum ita faciendi ſit, non minus quam ſi de omnibus bonis & corporibus Falcidia deducenda eſſet permoleſto, & negotioſo iure, cùm conſenſus, qui hoc caſu præſtatur, non alio fine præſtetur, quam ad ſecuritatem emptoris, inter virum verò & mulierem nullum negotium geratur, nec ſi gereretur, poſſet maritus auctor eſſe contractui in rem ſuam contra regulas. Hæc cùm dicerentur, contra veterum ſenſum illi inſtitere, & verum illud, homines eoſdem non omnibus horis ſapere.

CCCCLXXI.

cccexliv. Veteris conſuet. ſup.

LA femme a la ſaiſine des choſes qui viennent deuers elle, & de la moitié des conqueſts que le mary fait conſtant le mariage d'entr'eux, [1] & du tiers de la terre du mary durant la vie d'elle, apres le decez du mary: & de l'autre heritage où il y auoit droiture, ſi elle ne le perd de ſon conſentement, ou par ſon faict.

1 Et du tiers de la terre du mary.) *Mulier tamen debet accipere doarium de manu hæredis, nec poteſt ſingularia corpora ingredi: & ſi poſſit concludere in genere in poſſeſſorio tertiæ.*

CCCCLXXII.

cccexlv. Veteris conſuet. ſup.

ET à ce moyen [2] le temps luy eſt reſerué apres la mort du mary ou aux hoirs d'elle apres ſa mort, pour recouurer les choſes ſuſdites, ſi le mary les a alienées ſans le conſentement d'elle.

Hic articulus in veteri quoque Conſuetudine fuit deſcriptus de vetuſtiſſima: ſed magno tamen errore, & incogitantia tranſiit in ius patrium auctoribus his, qui primi in ſcripta conſuetudinem retulere. Hæc cauſa: Cùm iure ciuili imperatorio eſſet traditum, dotis exigendæ tempus multeri non currere conſtante matrimonio, ideoque præſcriptioni tempus incipere à die ſoluti matrimonij, ex regula, non valenti agere, &c. id ius vt erat ex lan rebus. C. de iur. dot. primi ſcripti auctores in ſuum ſcriptum retulere: ſed exceptionem ab illa regula, quæ illo ipſo textu habetur non ſenſere, quæ habet, quod ſi quo caſu mulier de dote agere poſſit conſtante matrimonio, cuiuſmodi aliquot enumerant, toties præſcriptionem protinus currere ceſſante ſcilicet impedimento: ſed hæc exceptio iure conſuetudinario vbique obtinet pro iure communi: nam mulieri licet de rebus ſuis quandocumque experiri etiam conſtante matrimonio ex regula articuli 449. & ſi maritus recuſet auctor fieri iudice auctore.

Quod cùm ita ſit, regula deducta de illo iure ex illo non valenti agere, &c. non amplius locum habet, niſi aut metus, aut aliud impedimentum deducatur, quia mulieri licet agere quandocumque lubet: atque

ceſſante

ceſſante cauſa impedimenti ceſſare debet & præſcriptionis dilatio, & præſcriptio protinus currere debet. Quare veteri foro nemo dubitabat fœminam ab dotario, dotariique hypotheca excludi appropriamentis, ſi non intercedebat, & mille amplius talia iudicia me cognoſcente valuere, quoad ſuperuenere qui prætextu huius articuli malè percepti, non antè præſcriptionem putarent mulieri currere, quàm à die ſoluti matrimonij ex d.l. in rebus, quæ lex locum habere non poterat, ne ex eius textu quidem data potentia agendi, quæ perpetua eſt iſto iure mulieri, d.art.449. & nuperum eſt, quod ita indagari cœpit.

2 Le temps luy eſt reſerué *Legitimarum præſcriptionum, vt quindecennij, aut appropriandi protinus à morte mariti per bannimenta.*

Des Baſtards, & autres illegitimes.

TILTRE VINGT-VNIESME.

CCCCLXXIII.

LEs heritages que les Baſtards acquierent, [1] au cas qu'ils n'ont hoirs de leurs corps engendrez en loyal mariage, doiuent eſtre au Seigneur [2] ſous lequel l'acquiſition a eſté faicte, [3] pourueu qu'il ait obeïſſance & moyenne Iuſtice: combien qu'il n'ait haute Iuſtice. cccclxxiii. Veteris conſuet. *ſup.*

1 Au cas qu'ils n'ont hoirs.) *exart. 481. infrà.*

2 Soubs lequel] ou ſoubs leſquels les terres acquiſes ſont aſſiſes.

3 Pourueu qu'il ait obeïſſance, & moyenne Iuſtice.) *id eſt, dominium directum, & præterea mixtum imperium, cuius nullo loco meminit conſuetudo præterquam hic, & hoc differt hic articulus à bonis vacantibus: quia illa ad alium iuſtitiarium ſpectant art. 47. Deferentiæ ad omnes, qui habent directum dominium, albinagia ad regem, Baſtardorum mobilia ad dominum domicilij de ſanctis duntaxat. In vetuſtiſſima fuerat vox* (ferme droict) *quam reformatores anni 1539. interpretati erant* moyenne Iuſtice *cum art. 369. huius valeat,* haute Iuſtice.

CCCCLXXIV.

ET ſi le baſtard a maiſon ou herbregement en aucune Seigneurie, qui ſoit à luy par heritage, ou qu'il euſt accouſtumé à y demeurer, combien qu'il mourust en autre lieu, qui ne fuſt en ſon heritage, toutesfois tous ſes meubles quelque part qu'ils ſoient, doiuent eſtre à celuy Seigneur où il a eu herbregement & demeure: ſoit par mariage ou autrement, l'obſeque, le teſtament, & les autres choſes accomplies, [1] & les debtes payées, iuſques à la valeur & concurrence des meubles. cccclxxiv. Veteris conſuet. *ſup.*

1 Et les debtes payées.) *Quia fiſcus, aut curia non habetur hæredis loco, & ideo inuentarium facere non tenetur, ſed ſucceſſor bonorum appellatur, & ideo non amplius tenetur, quam quantum in bonis eſt, non magis quam abbas qui monachi particularia occupat, quod nos alibi notauimus tit. de Donation. art. 219. glo. 6. & diſcrimina talium deſcripſimus. Bart. l. 1. §. an bona. D. de iur. fiſc.*

CCCCLXXV.

ET ſera reputée reſidence propre le lieu où on eſt nourry: & le lieu où on reſide auec la femme: ou le lieu où on a demeuré par l'eſpace de dix ans continuellement prochains deuant le deceds. cccclxxv. Veteris conſ. *ſup.*

CCCCLXXVI.

LE baſtard ne ſuccede à ſes pere ne mere, frere, ne ſœur, ne s'accroiſt ſon leurs biens. Et auſſi les pere & mere, frere, ne ſœur ne ſuccedent au Baſtard. [1] Pourra neantmoins le pere donner à ſon baſtard quelque choſe par vſufruict ſeulement pour ſon aliment, nourriture, & entretenement. cccclxxvi. Veteris conſuet. *ſup.*

1 Pourra neantmoins le pere.) *Vtiliter additum ex ratione cap. cum haberet. ext. de eo qui dux, in matri quam pol. per adult. quia hæc generalia, & indefinita enunciatio id excluſura videbatur ab impotentia perſonæ agentis.*

CCCCLXXVII.

BAſtard peut faire teſtament, & donner ſes meubles à qui bon luy ſembleta, iuſques à la moitié: mais qu'il ne le face en haine contre la ſeigneurie, ou contre droict & couſtume. Et s'il donnoit plus que la moitié, la donation ne tiendroit que iuſques à ladite moitié, ſi ce n'eſtoit que ſes biens fuſſent ſi petits, qu'ils ne vallуſſent que peu de choſe. cccclxxvii. Veteris conſuet. *ſup*

CCCCLXXVIII.

CCCCLXX. Veteris conſuet. ſup.

SI aucun auoit enfans Baſtards ieunes, & non puiſſans d'eux pourueoir de leurs corps, ils doiuent eſtre pourueuz ſur les biens de leur pere ou de leur mere.

Vt & legitimi quoque art. 532. & 461. Sed non item cognati tenentur in baſtardu vt legitimis, videndus Decius conſil. 576. auth. licet. C. de natu. libe.

CCCCLXXIX.

CCCCLXXII. Veteris conſuet. ſup.

BAſtard ne peut faire donation de ſon heritage, retenant l'vſufruict à ſa vie, s'il ne le faiſoit de l'acquiſition de l'heritage par le meſme contract: ou s'il ne le faiſoit par forme de donation qui fuſt mutuë ou egale: qui ſe pourra eſtendre ſur la tierce partie de ſon heritage, pourueu que la donation ne ſoit faicte en fraude du Seigneur.

CCCCLXXX.

CCCCLXXIV. Veteris conſuet. ſup.

AV outre ne peut donner, ne aumoſner meuble, ne heritage, ne faire teſtament, s'il ne dõne, & s'il ne baille en taine vie: en ſa: fiſſant actuellemant le contraire, ſans aucune poſſeſſion, ne autre choſe retenir.

CCCCLXXXI.

CCCCLXV. Veteris conſuet. ſup.

LEs enfans naiz en loyal mariage des Baſtards, Auouttes, & autres illegitimes, ſuccedent à leurs pere & mere.

CCCCLXXXII.

CCCCLXVI Veteris conſuet. ſup.

SI les enfans des Baſtards naiz en mariage, decedent ſans hoirs de leurs corps faicts en loyal mariage, leurs biens doiuent tourner au prochain lignage d'iceux, ſelon le ramage dont ils ſont iſſus, tant deuers le pere que deuers la mere.

DES MINEVRS, ET AVTRES à qui on doit bailler adminiſtrateurs, & des Emancipations.

TILTRE VINGT-DEVXIESME.

CCCCLXXXIII.

CCCCLXVII. Veteris conſuet. ſup.

L'HOMME ou femme qui ſont foubs l'aage de vingt-cinq ans, ſont mineurs; & ne pourront, iuſques audit temps accomply, aliener ne diſpoſer de leurs heritages & choſes immeubles, conſtituer hypotheque, ne prendre auance ſur leurs biens pour plus d'vn an; vendre ne demolir bois par le pied. Pourront neantmoins les Nobles auoir la iouïſſance de leurs biens, l'aage de vingt ans accomply, agir & defendre pour leurs meubles & iouïſſances.

Hic articulus reformatus eſt, cùm in veteri minoritas vbique vigeſimo anno finiretur, cuius reliquæ manſerunt art. 526. infra, nec quidquam olim erat certus in iure conſuetudinario. Sed tamen ius ſcripto & vſu certiſſimum, in controuerſiam nuper adduxerunt externi iudices mori arreſtis Pariſienſibus, quæ in conſuetudine Andegauenſi ſenſa ſua ſcriptæ conſuetudini prætulerant quamlibet perſpicuæ minoritatis anno finienti vigeſimo anno. Itaque placuit ordinibus hoc iure aſſentiri: etſi fatendum eſt diuturnas tutelas non aliud ſæpe eſſe quam diuturna futura curatorum, & obliterationes male actorum. Qui vigeſimo anno non ſapit, vix ſapiet vigeſimo quinto. Olim quidem dediſſe curatorem adulto, nota erat præſumptæ nequitiæ, quoad Lectoria lege paſſim dari cœpere Romæ omnibus. Sed hoc ſit temperatum, vt adminiſtratio rerum pupillu vigeſimo anno detur, alienatio interdiceretur, & actus alienationis cõuicti.

CCCCLXXXIV.

CCCCLXVIII. Veteris conſuet. ſup.

SI le mineur n'eſt pourueu de tuteur ou curateur, Iuſtice l'en doit pourueoir: laquelle en cas de faute en fera reſponſable, & des cautions non ſoluables qu'elle auroit receus.

Datio tutelarum ad curam principis pertinet ex nouella Iuſtiniani 72. & Seuerus imperator dixit l. 2. D. qui pet. tuto. Athenis Theſmothetæ dabant, & Plato lib. 11. de legibus putat ad publicam ſolicitudinẽ pertinere. Romæ hæc poteſtas diu incerta vt conſulũ l. 1. D. de conſti. tuto. a Conſulibus extra ordinem datos à Claudio Cæſare Suetonius ſcribit: Capitolinus Prætorem tutelarum in id creatũ ſcribit. Denique iſta

incerto

incerto iure ſæpe tractata, cùm proprio iure olim nemini competeret, l. muto. §. tutores. D. de tutelis. Sed hæc ad Commentaria.

2 En ſera reſponſable.) *Ex titulo De Magiſtratibus conueniendis.*

CCCCLXXXV.

ET en procedant à la creation des tuteurs ou curateurs à Mineurs, ſera par meſme moyen, en la preſence, & par l'aduis des parens aſſemblez, deliberé ſur l'education & entretenement deſdits Mineurs, tant pour l'inſtruction au fait des armes, lettres, qu'autres profeſſions, ſelon leur qualité, & quantité des biens deſdits Mineurs.

Hæc ad ducationem pertinent, nec magnopere exigebatur, vt de eo articulus conſuet. ſcriberetur, ne iuris periti cenſebant, nec tamen multum repugnatum.

CCCCLXXXVI.

LA mere, au cas qu'elle viue, ou l'heritier proche preſumptif du mineur, ſeront tenus d'aduertir & ſemondre la Iuſtice [2] dans quinze iours apres le deceds du pere, de pourueoir au Mineur de tuteur [3] ou curateur. Et quinzaine apres ſeront [4] tout deuoir & diligence vers les [5] officiers, de faire pourueoir ledit Mineur: [6] à faute dequoy, porteront tous dommages & intereſts que ſouffriroit à cauſe de ce ledit Mineur.

Cum hic articulus ſcriberetur, inſtitimus, vt ius Romanum obtineret, at ſic ita matres, quæ officio defuiſſent Senatuſconſulti Tertulliani pœnis ſubjicerentur, quo nil poterat dici aptius, vt ad officium cogerentur, ſed perferri non potuit blandiente ſeculi negligentia: addit de hæredibus præſumptis, quod in veteri iure non fuit.

2 Dedans quinzaine.) *Anni tempus veteribus legibus conſtitutum. l. 2. §. confeſti. D. ad Senatuſ. Tertullian.*

3 Ou curateur.) *De his olim diſtinguebatur d. l. 2. §. quod ſi pater.*

4 Tout deuoir.) *Non perfunctorie d. l. 2. §. non ſolum. plenum (inquit) matris officium exigitur.*

5 Officiers.) *L. 1. §. magiſtratib. D. de magiſtratib. conuenient.*

6 A faute dequoy.) *Hæc nouè conſtituta, ſed quod augurabatur animus, nihili futura.*

CCCCLXXXVII.

ET ſi la mere ayant eſté chargée de la tutelle ou curatelle de ſes enfans, ſe remarie, elle ſera tenuë les faire pourueoir auparauant eſpouſer, ſoubs ſemblables peines.

CCCCLXXXVIII.

LE Mineur ſe peut pleger en demande de premeſſe, [1] ou pour interrompre preſcription qui courroit contre luy, ou autrement conſeruer ſes droits, ores qu'il ne fuſt pourueu de tuteur ou curateur. Et ſi celuy contre lequel il ſe plege luy debat la premeſſe, ou autres demandes, il ſera tenu faire pourueoir le Mineur de tuteur ou curateur. cccclxx. Veteris conſuet. *inſp.*

1 Ou pour interrompre preſcription.) *Pro conſeruatione ſcilicet iuris ſui, loci apud Tiraquellum in retract. §. 1. glo. 13. num 2^e. & in legib. connubialib. glo. 8. nu. 62. ſed ea interceſſio auctore tutore repetenda eſt, proſecutio quidem ſine tutore aut curatore fieri nequit, quia nec agere nec conuenire poteſt, eſt regula art. 492. Quod ſi quiſquam proſequi velit, neceſſe habet petere et curatorem, ſed hoc non præciſe: nam textus vtitur verbo (permittitur) l. prætor ait. §. permittitur. D. de minorib. ſed cauſaliter, quod ſi minor interceſſerit, & oppoſitionem formauerit, ſolus lapſus temporis minorem excludet ſine reſtitutione, quia iure communi vti debet, & tempore excluditur nullo aduerſario facto: ſecus ſi expreſſè deſiſteret per contractum, quia reſtitui poſſet. Congruit ſententia Baldi l. 1. oppoſ 3. C. qui admitt.*

CCCCLXXXIX.

ET quand le Mineur eſt reeognu à preſme, il doit payer & faire ſon deuoir du retraict, cõme vn Majeur, autrement demeurera decheu de ſa premeſſe. cccclxxi Veteris conſuet. *inſp.*

Per hoc apparet, quod minor iure communi vti debet, & quod ſimplici temporis lapſu ob non factum iure ſuo excidit, nec ad aduerſarium eius pertinet eum ſtimulare: multo minus ſi curatorem habet, aduerſus quem dat. reuerſus ob negligentiam adminiſtrationis, & proſecutionis defectum art. 286. & 297. Quod autem ſtatutis laudentur minores, probat textus. l. et ſi ſine. §. Lucius. D. de adminiſt. tutor. quem locum exercet Tiraquellus in retract. §. 35. num. 6. & lib. de præſcriptionib. §. 1. glo. 9.

CCCCXC.

NVl ne ſe peut ſaiſir des biens du Mineur, ſans l'aſſentement de celuy qui en a la garde. Et Iuſtice a la garde du Mineur & de ſes biens, tant qu'il ſoit pourueu. cccclxxi. Veteris conſuet. *inſp.*

CCCCXCI.

cccclxiii. Veteris conſuet. ſup.

LE Mineur deceu, peut pendant ſa minorité eſtre reſtitué pour raiſon de la deception, erreur [2] ou faute faicte par ſon tuteur ou curateur. Et pour ce faire, luy doit eſtre pourueu de curateur *ad cauſam.*

Contra tutorem actio non datur, niſi finita tutela, contra curatorem protinus à re male geſta. l. 4. D. rem. pup. ſal. for. Niſi cùm extra materiam & intellectum tutelæ quidpiam geratur, quo caſu protinus datur actio contra tutorem non expectato fine tutelæ, l. qui fundum. §. ſi tutor. D. pro empt. tractatio eſt Baldi conſil. 211. vol. 5. eùm id quod geritur extra adminiſtrationem eſt.

2 Ou faute faicte par ſon tuteur.) *Licet pupillo, vel in rem experiri aduerſus detentores, vel aduerſus tutores: ſæpe enim eius intereſt rem potius ſequi, quàm litis æſtimationem, de quo l. etiam ſi à patre l. ſi ex cauſa. D. de minorib. l. etiam. C. ſi tut. vel cura. inter.*

CCCCXCII.

464. 465. 466 467. 507. Veteris conſuet. ſup.

MIneur & celuy qui eſt en pouuoir d'autruy, ne peut contracter, ne negocier, [1] conuenir, ny eſtre conuenu en Iuſtice, ſans l'auctorité de celuy au pouuoir duquel il eſt, [2] ſi ce n'eſtoit contre celuy au pouuoir duquel il ſeroit: auquel cas ſera pourueu par la Iuſtice de curateur particulier audit mineur, ou autre qui ne ſeroit en puiſſance d'autruy.

Conuenir, ny eſtre conuenu.) *Si hoc verum eſt falſa eſt ſententia Bartoli l. 1. §. ſufficit. D. de adm. tut. cum putat ſoli pupillo fieri poſſe citationes & denunciationes, de quo l. operis. D. de no. oper. nuncia. Eſt enim verum ita demum, ſi in rem ſit denunciatio. Doctores vulgò l. ſi ex legati cauſa. D. de verb. oblig. at. locus apud Tiraquellum in retra. §. 1. glo. 13. nu. 14. Molineum in feudis. §. 13. glo. 11.*

2 Si ce n'eſtoit.) *Supra art. 200. Iure quidem Romano in filiis familias diuerſum obtinet.*

CCCCXCIII.

cccclxviii. Veteris conſ. ſup.

MIneur bourgeois, ou autre de bas eſtat, peut auoir [1] par auctorité de Iuſtice, & aduis de ſes parens, l'adminiſtration & garde de ſes biens, l'aage de dix-ſept ans accompli, & non aupatauant: & de ſeſdits biens negocier & marchander en choſes mobiliaires, apres ledit aage.

1 Par auctorité de Iuſtice.) *Additum me monente, ne quis ipſo iure fieri putaret, qua difficultas in veteri relinquebatur: non enim ſicut tutelæ, & curæ finiuntur tempore ipſæ iure, ſic hæc adminiſtratio committitur, nec finitur cura, ſed cauſa cognita quamlibet minori adminiſtratio permittitur à iudice probatis cauſis.*

CCCCXCIV.

cccclxxx. Veteris conſuet. ſup.

ET neantmoins le noble n'aura l'adminiſtration de ſes biens, qu'il n'ait [1] vingt ans paſſez & accomplis, comme dit eſt.

1 Vingt ans paſſez.) *Quia ſcilicet cautius conſulendum fuit, vbi maiora momenta vertebantur, & ſi non raro contra accidit: ſed leges oportet conſtitui in hu, quæ vt plurimum.*

CCCCXCV.

LEs enfans de famille, qui ſous l'aage de vingt-cinq ans, contracteront mariage contre le gré, volonté & conſentement, [2] & au non ſceu de leurs pere & mere, pourront eſtre par leurſdits pere & mere, chacun d'eux, exheredez & priuez de leurs ſucceſſions: ſans eſpoir de pouuoir quereller l'exheredation, qui ainſi aura eſté faicte. Pourront auſſi leſdits pere & mere, pour leſdites cauſes, reuoquer toutes donations & aduantages qu'ils auroient precedentement faits à leurs enfans.

Hic articulus noui iuris eſt ex ordinationib. regum additus anno 1556. & Bleſenſis art. 41. & 42.

2 Et au non ſceu.) *Nam ignorantes pro nolentibus accipiuntur, quia auctoritas & conſenſus expreſſus exiguntur.*

3 Soubs l'aage de vingt-cinq ans.) *Ordinatio regis in maſculis trigeſimum annum, in fœminis vigeſimum quintum taxabat: hic vtroque caſu vigeſimum quintum, modo poſt id tempus venism petierint.*

4 Exheredez.) *Caſus ſpecialiſſimus, in quo exheredare licet, ex lege & conſuetudine: de eo Canoniſtæ dubitant.*

CCCCXCVI.

LE pere eſtant deceédé, les Mineurs de vingt-cinq ans voulans contracter mariage, ſeront renus [1] requerir & auoir le conſentement de la mere, tuteur, & proches parens, auec l'auctorité de Iuſtice.

Ex articulo Bleſenſi 41. requerir, & auoir, *iſtud quidem non ſemper fieri poteſt, ſed hoc caſu iudican-*

tis

tis arbitrium eſt: ſi de nuptiis (inquit imperator) pupillæ inter matrem & adgnatos pupillæ non conueniat prætoris erit arbitrium l.1. C.de nupt. Non fuit id quidem veteri iure vſurpatum, vt decretum in minorum matrimonio exigeretur: ſed meliori vſu ex Ducum & Regum ordinationibus indictum: ne niſi ex iudicantium decreto matrimonia conciliarentur, quod ipſum neceſſarium non erat, niſi ex eo tempore, quo procuratores fiſci ſatisdationes exigere cæperunt de repræſentandis minoribus integro ſtatu, & non maritatis, quæ obligatio diſſolui nequit, niſi iudicis interuentu & auctoritate. Extat de eo ordinatio Caroli 8. edita, cum Decatum inijt matrimonio Principis noſtræ. Iure illo ad curatorem non pertinebat, nuberet necne pupilla, ac ne agnatos quidem l. in copulandis C.de nupt. l. ſciendum D.eod.tit. mirandum omnino iudicium illis iuriſprudentiæ in talibus defuiſſe.

CCCCXCVII.

ET ceux qui ſeront conuaincus d'auoir ſuborné fils ou fille mineur de vingt-cinq ans, ſous pretexte de mariage ou autre couleur, ſans le gré, ſceu, vouloir & conſentement expres des pere & mere, & des tuteurs, ſeront punis de mort.

CCCCXCVIII.

LEs contracts des mineurs ſous l'aage de vingt-cinq ans, ne ſont validez par le ſerment deſdits Mineurs. cccclxxi. Veteris conſuet. *ſup.*

De hoc, etſi nemo dubitabat, tamen quia in vetuſtiſſima aliud iuris erat, & de auth. ſacramenta puberum dubitabatur, cautum eſt, ne obtineret, ea quæ eſt reformata anno 1539. & hac ipſa deſcriptum. Sed quid de iuramento ætatis aſſertiuo, negantur Romanus conſil. 12. Socinus conſil. 61. & 66. Hypolit. Marſil. ſingul. 299.

CCCCXCIX.

L'Homme & femme (encores qu'ils ſoient mariez) s'ils ſont mineurs de vingt-cinq ans, ne pourront aliener leurs heritages & immeubles, conſtituer rentes & hypotheques, vendre ne demolir grand bois, ny prendre aduance pour plus d'vn an, iuſques à ce qu'ils ayent les vingt-cinq ans paſſez. cccclxxii. Veteris conſuet. *ſup.*

L'homme & femme.) *Pendet ab alio 483. ſupra.*

Vc.

LE pere [1] eſt garde naturel de ſes enfans, & ne doiuent auoir autre tuteur, pourueu qu'il ſe porte bien en ſes autres affaires: ſi n'eſt contre le fait d'iceluy pere. cccclxxiii. Veteris conſuet. *ſup.*

Contrà quam iure: nam pater tutor filiorum non eſt, & eorum bonorum dumtaxat adminiſtrationem habet, quorum habet vſumfructum non aliorum, quod notant l.1. C.de bon. matern. Iure patrio nullum habet vſumfructum in bonis maternis.

1 Eſt garde naturel.) *Idque ſine inquiſitione, creatione, aut confirmatione ex legis executione: ſed & inuentarium facit, de quo Boërius deciſ. 61. & §. 6. tit. de ſtatu perſonarum, Roman. conſil. 158.*

Vcl.

LE Pere peut bailler à ſes enfans mineurs, tuteurs ou curateurs par ſon teſtament: leſquels tuteurs [2] ou curateurs ſeront tenus [3] bailler caution, & faire inuentaire. cccclxxiv. Veteris conſuet. *ſup.*

Le pere.) *l. pater. D.de teſtam. tut el. l. 3. D.de adminiſt. tuto. & omnimodo confirmandus eſt, qui à patre datus eſt, imo datus ſolemni teſtamento confirmatione non indiget l. qui a patre. D. de confir. tuto. ſed is ſolum qui minus, ſolemni teſtamento datus eſt.*

2 Ou curateurs.) *Eadem modo, & iure quo tutores ex inquiſitione.*

3 Bailler caution.) *Ex forma rem pupilli ſaluam fore. l.de die. §. ſi tutor. D. qui ſatiſd. cogant. & tot. tit. de tutor. qui non ſatiſd. nec proceſſus cum eo factus ſine eo valeret, ſi nocitum eſſet pupillo l. indubium. C.de tutorib. qui non ſatiſd. l. cùm furioſus. §. & inuentario. D.de curat. furioſ. tamet ſi ex illo iure tutores teſtamento dati, aut ex inquiſitione non ſatiſdant l.1. D.de confirm. tut. l. teſtamẽto D.de teſtam. tut. Porrò neceſſarium non eſt, vt facultates fideiuſſoris reſpondeant facultatibus pupilli, quod ait Baldus l. vlt. D.de magiſt. conuen. alioqui principes non inuenirent tutores.*

VcII.

QVand iuſtice baille tuteur ou curateur au mineur, on doit faire appeller les parens & amis, & prendre leurs ſerments d'eſlire l'vn d'entr'eux, ou autre perſonne vtile & profitable, pour garder & adminiſtrer la perſonne du mineur, & ſes biens. cccclxxv. Veteris conſuet. *ſup.*

Non fuit hoc veteri iurisprudentiæ vſurpatum pro iure: nam teſtamentarij à ſola patrum voluntate pendebant, inuiti literdati à Prætore confirmabantur, legitimi a lege, datiui ex nominatione magiſtratuum, rara propinquorum euocatio, niſi in poſtulatione ſuſpecti l. ſi ſtatu C. de ſuſpect. tutorib. tameſi negari non poteſt melius fieri euocatus cognatus & propinquus.

3 Vtile & profitable.] *Nec exigitur, vt is ex omnibus ſit vtiliſſimus: nam ſi idoneus ei ex onere incumbit, ſi quidem gradu proprior eſt art. 504. & paterni maternis prius cogi debent: ſed & aliquando duos dari receptum paternorum & maternorum, de quo & arreſta extant.*

4 La perſonne.] *Igitur perſonæ quoque datur curator contra quam illo iure.*

5 Ou autre perſonne.] *Quod Romano iure perpetuum fuit cùm pro onere tutelæ imponeretur, vt munus quodlibet perſonale.*

Vc III.

ccccLxxvi. ccccLxxvii Veteris couſ. *ſup.*

TOus tuteurs & curateurs ſeront tenus faire ſerment en tel cas requis. [a] Et deuant qu'aucune deliurance leur ſoit faite des biens des mineurs, ils ſeront tenus en faire inuentaire bon & loyal, & bailler bonne & ſuffiſante caution. Et ſera ledit inuentaire fait par le Greffier de la iuriſdiction, appellant deux parens ou voiſins & amis du decedé.

Etiam teſtamentarij vt art. 501. ſupra, & ſi iure Romano non ſatiſdabant, quod ibi diximus etiam honorary. d. l. tutor qui repertorium.

2 Et deuant qu'aucune deliurance.] *l. tutor qui repertorium. D. de admin. tutor. l. tutores. D. & C. eod. tit. l. vlt. C. arbit. tut. & hic eſt finis non recipiendi aduerſus agentem: excipiunt cum ex mora periculum eſt, vt cum actiones pereunt aut ſunt quod Bartolus ait d. l. tutor. qui repertorium, & quos Boërius deciſ. 124. & 53.* Et pource le ſeigneur de Rieux ordonné tuteur de la Ducheſſe anne, fut diſpenſé d'adminiſtrer, nonobſtant qu'il n'euſt fait inuentaire, & ce par le conſeil de la Ducheſſe.

An remitti poſſit confectio, conſuetudo non aperit, & vix eſt, vt probem in tanta hominum improbitate, & infidis commerciis, niſi magnæ & valde probabiles cauſæ intercedant, vt cum in propinquo eſt maioritas, cum inſtrumentorum magnus numerus, nec detegi expedit, nec magiſtratus boni eam reo ſæpe inconſulto teſtantium voluntatibus ſolent, incidit tamen quandoque vt ſiat l. 2. §. tractari D. ad Tertullian. Romanus conſil. 104. deciſ. Tholoſ. 298. liberatio tamen reliquarum tutoris relinquit poteſt, probat conſ. 14. lib. 3. & ſi id valdè eſt periculoſum.

3 Et ſera ledit inuentaire fait par le Greffier.] *Hic articulus deſcriptus eſt ex ordinatione Bleſenſi art. 164. Baldus per magiſtratum putat. conſil. 383. vol. 1. Bartolus per notarium vt hic d. l. tutor. qui repertorium. Salycetus & Ioannes Faber per actuarium. Bald. & Cumanus l'Orphanotrophot. C. de Epiſc. & cler. ab actuario, ſed ab iudicibus ſubſcribi priſcus nobis mos à procuratore fiſci, & actuarios aliosqui inopes ſumptibus grauentur, hic ab actuario adhibitu teſtibus idque conuenientius, quod & Chaſſanæus quoque de ſua Burgundia teſtatur §. 4. tit. des enfans de pluſieurs licts. Porro etiam pater, tutor, auus & quilibet ad id aſtringuntur, de quo Bartolus conſil. 61. ni faciunt, iuratur in litem etiam aduerſus patrem & matrem, Roman. notat. conſil. 118. Ancharanus conſil. 316. Bartol. conſil. 150. Deciſion. Neapolit. 360. Cætera in commentariis.*

Vc IV.

ccccLxxviij Veteris conſuet. *ſup.*

ENtre les parens du Mineur, ceux qui ſont [2] du coſté paternel, ſont preferez à la tutelle ou curatelle, pourueu qu'ils ſoient ſuffiſants, & y ſeront les premiers contraints.

Agnati anteferuntur cognatis, ſed hoc à principiis iuris Romani propter ſuccedendi ius, hodie cùm materni in bonis maternis ſuccedant, ſi ex latere patris pupillus nihil habet, prætulerim maternos in adminiſtratione bonorum, frequenter & duo dantur: ſed hic caſus intelligendus eſt recuſantibus agnatis & cognatis onus ſubire onus, quo caſu paterni priores cogendi ſunt verbo, & y ſeront contraints, *quod Vetus quidem anteferebat petentes, ſed non cogebat recuſantes, quod hic facit. Nec tulerim propinquos aliter cenſentes, cùm lex arbitrium illis ademerit cenſendi data idoneitate paternorum. Diodorus Siculus idem ſpectaſſe Charondam ſcribit in dandis tutelis 12. lib. 4.*

2 Du coſté paternel.] *Modo per fœminas non veniant, l. penul. D. de legit. tutel.*

Vc V.

ccccLxxix Veteris conſuet. *ſup.*

FEmme ne ſera [1] tutrice, curatrice, [2] procuratrice, ne s'entremettra de ſollicitation ou autre faict de Iuſtice, ſi ce n'eſtoit [3] pour elle, pour ſon mary, [4] ou pour ſes enfans, [5] ou pour ſon pere, ou pour ſa mere, en cas de neceſſité: autrement ce qu'elle feroit, ſeroit de nulle valeur.

1 Tutrice

1 Tutrice.] *l. vltima. D. de tutelu. l. 1. C. quando multi tuto. offic.*
2 Procuratrice.] *l. fœminis D. de procuratorib. l. fœminæ & D. de reg. iur. sed extraindicialia tractare. ad negotia non vetantur, quod Decius ait d. l. fœminæ.*
3 Pour elle.] *l. 1. §. vlt. D. de postulan.*
4 Pour ſes enfans.] Ibid.
5 Son pere, ou pour ſa mere.] *d. l. fœminæ.*

V^e VI.

MAis mere, & auſſi l'ayeulle, peut eſtre tutrice ou curatrice de ſes enfans, ou des enfans de ſes enfans, 2 iuſques à ce qu'elle ſoit en ſecondes nopces, au cas qu'elle ſoit ſuffiſante, 3 & en vueille prendre la charge. Et ne leur doit eſtre baillé autre tuteur qu'elle, ſi elle ne refuſe en prendre 4 la garde: ou s'il n'y auoit prouiſion teſtamentaire faite par le pere. cccclxxx. Veteris conſ. *ſup.*

Ius notiſſimum ex tit. Quando mulier tutoris officio fungi poteſt, & auth. de matre & auia. Mater primum, deinde ſi vult auia d. authen. matre & auia C. quand. mul. tuto. off. Bald. conſil. 224. lib. 1. tertio proauia, de quo Bartolus. d. l. ſi quis ſub conditione D. de legitim. tutel.

Mater auo paterno præferitur Bald. d. conſil. 224. & conſil. 105. lib. 4. Quid de concurrentibus duabus auiis, vtramque ego coniunxerim ex ſententia Baldi conſil. 105. & ſi paterni maternis anteferuntur. Bartol. d. l. ſi quis ſub conditione.

2 Iuſques à ce qu'elle ſoit en ſecondes nopces.) *L. lex quæ tutores C. de adminiſt. tut. auth. ſacramentum C. quan. mul. tuto. off. fungi poſſit, etiam ſi teſtamenta relicta eſſet Alberic. & Petr. d. authent. Boër. deciſ 124. Non idem iuris in patre, quod Boërius notat deciſ. 266. Idem & ſi deſponſa dumtax at ſit Angel. l. ſolet. C. de his qui notant. infam. Affli&tus deciſ. 357. Sed & iuſtæ ætatis eſſe debet, ne minorem admittant Doctores inſtit. tit. de ſatisdat. tutor. & Bartol. d. authen. ſacramentum.*

3 Et en vueille prendre.) *d. authen. matri & auiæ.*

4 Ou s'il n'y auoit prouiſion teſtamentaire.) *Præfertur enim teſtamentarius matri d. auth. matri, Alexand. conſil. 140. lib. 1. ex quo fit, vt ſæpe ad excuſandum pudorem matris, extraneus adiungatur, ne ea in totum contempta læſæ exiſtimationis indicio videatur, quod Bartolus ait d. auth. matri & auiæ.*

V^e VII.

ET le tuteur ou curateur teſtamentaire preferera la mere, la mere les ayeuls, ou ayeules, & les ayeul & ayeule tous autres parens, & les parens paternels les maternels.

Ve VIII.

TVteur ou curateur ne peuuent vendre ne aliener les heritages du Mineur, ſans ſuffiſante cauſe verifiee par l'aduis des plus proches & plus ſuffiſans parens & amis, decret & auctorité de iuſtice, autrement ſera le contract nul. cccclxxxi. Veteris conſ. *ſup.*

Iure digeſtorum non paſſim nec ſemper irritæ fuerunt alienationes bonorum minorum: poſterius imperatoris conſtitutionibus inductum, ne illæ omnino ſine decreto valerent ex iuſta cauſa cognita & probata. l. lex quæ tutores & toto tit. l. de præd. minor. ſin decr. non alien. Sed hæc iuris plané vulgati.

V^e IX.

AVſſi ne peut ledit tuteur ou curateur compromettre ne [2] tranſiger, deferer ſerment deciſif és cauſes heritelles, [3] & de meubles riches & precieux, ſans l'aduis des parens, & decret de iuſtice. cccclxxxii Veteris conſuet. *ſup.*

Id quoque iuris peruulgati: nam compromiſſum de re aliena in culpa eſt l. ſi dictum §. ſi compromiſero. D. de eui&tionib. locus apud Tiraquellum in legib. connubialibus gloſ. 8. Magna dubitatio de his compromiſſis, quæ fiunt iubente lege, & ideo tranſeunt imius cõmune, quo non minus minores teneantur quam alij, quidam non putant poſſe: ego puto & quos Tiraquellus citat d. gloſſa. 8. Ioannes Baptiſta lib. de arbitris 2. cap. 19. Et ideo quo caſu ordinationes iubent compromittere, vt in hæreditatibus diuidendis, minores quoque & poſſe & vero compellendos puto: eſt enim lex pro ſufficienti decreto, quod Bartolus notat. d. §. ſi compromiſero. Bald. l. 1. C. de perit. & comm. rei vend.

2 Ne tranſiger.) *Ineſt enim tranſactioni alienatio glo. l. non ſolum C. de præd. minor. & ibi Ioannes Faber. & Salycetus: Item Bart. Bald. Saly. l. C. ſi aduerſ. tranſact.*

3 Et de meubles riches.) *Vbique in conſuetudine fit iſta æquiparatio nouo licet iure.*

Vᵉ X.

cclxxxiii. Veteris consuet. sup. SI l'homme eſt en aage, il eſt curateur de ſa femme mineure, ſans autre creation: & s'il vouloit contracter de l'heritage de ſa femme, faire le pourroit, en gardant la ſolemnité du droict, & de couſtume. Et ſi leſdits mariez ont pere, ils auront l'auctorité de leur pere ou pere.

Hic quoque ius Romanum antiquatur. l. virum. D. de curat. furio. & l. 2. C. qui dar. tuto. vel cura. poſſ. nec probabilis ratio huius turis vlla hoc caſu duæ auctoritates exiguntur, curatoris ſcilicet, & mariti.

Vᵉ XI.

cccclxxxiv Veteris conſuet. ſup. SI le tuteur ou curateur cognoiſt que ſon mineur ſoit deceu par ſon faict ou autrement, il peut demander reſtitution.

Vᵉ XII.

cccclxxxv. Veteris conſuet. ſup. ET au cas que ce qu'il auroit fait, ſeroit reuoqué, le tuteur ou curateur ſeroit tenu à dedommager la partie.

Notandum hic indiſtincte dari actiones aduerſus curatores, ſi reſtituantur, ad id quod intereſt propter eorum factum glo. l. prædiorum C. de præd. minor. l. 3. §. dolus D. quan. ex fa. tuto. de quo Boërius deciſ. 80.

Vᵉ XIII.

cccclxxxvi Veteris conſuet. ſup. TVteur & curateur ne doiuent intenter procez pour leur mineur, ſans conſeil, autrement s'ils ſuccomboient, ſeront tenus deſdommager le mineur.

Ex conſilio l. tutorem D. de bis quib. vt indig. vbi Bartolus, Baldus, Caſtrenſis, Salycetus, l. 1. in fine C. de tranſactionibus.

Vᵉ XIV.

cclxxxvii. Veteris conſuet. ſup. TVteur ou curateur ne peut laiſſer la tutelle ou curatelle: & ne luy peut eſtre oſtee ſans cognoiſſance de cauſe.

1 Tuteur ou curateur.) *Ex l. poſt ſuſceptam D. de excuſationibus tutorum.*
2 Sans cognoiſſance de cauſe.) *Glo. d. l. poſt ſuſceptam glo. l. rerum §. ex facto D. de minoribus.*

Vᵉ XV.

cclxxxix. Veteris conſuet. ſup. QVand le Mineur aura paſſé quatorze ans il ſera hors de tutelle, & le pouruoira la iuſtice de curateur, les parens & amis appellez en la forme que deſſus eſt dite à la creation de tuteur.

Petente ſcilicet tutore, qui ni faciat, omni periculo ſubijcitur l. tutor. qui poſt. & l. à tutoribus. D. de adminiſtra. tuto.

Vᵉ XVI.

cccxiv. Veteris conſuet. ſup. FEmme eſt en aage à douze ans quant à eſtre hors de tutelle, & deſlors doit eſtre en garde de curateur, tant qu'elle ait vingt-cinq ans paſſez, ou ſoit en pouuoir de mary.

Vᵉ XVII.

cccclxxxix Veteris conſuet. ſup. LE tuteur ne le curateur, ne peuuent contracter & negocier auecques leurs Mineurs pendant qu'ils en ont la garde, & encores qu'ils ſoient maieurs ne pourront auſſi contracter auecques eux juſques à ce qu'ils ayent tenu & rendu compte, & reſaiſi ceux dont ils ont eu la garde de leurs biens, tiltres, & enſeignemens.

Vtilis & magna ex parte noui iuris articulus. Sed multa hic doctores miſcent, de quibus noſ in Commentarijs & Alexander conſil. 20. lib. 3. Itaque multa hic reſponſa iuriſconſultorum irritantur vtl. cùm tpſe. C. de contrah. empt. l. non exiſtimo D. de adminiſtr. tut.
2 Iuſques à ce qu'ils ayent rendu compte.) *Extae de eo vtile Ancharani conſilium* 330.

Vᵉ XVIII.

cccxc Veteris conſ. ſup. CEluy qui eſt hors de ſon ſens doit auoir adminiſtrateur.

Vᵉ XIX.

V^e XIX.

NVl ne peut eſtre declaré prodigue, & ne peut-on interdire l'adminiſtration des biens à aucun, fors qu'à l'inſtance & à la requeſte de ſa femme, ſes enfans, ou autres prochains heritiers preſumptifs. cccexci. Veteris conſuet. ſup.

V^e XX.

EN declaration de prodigalité & interdiction de biens, ſi le defendeur pretendu prodigue defaut à l'adiournement à luy donné, ou s'il compare & que la cauſe entre en conteſtation & en longueur, le Iuge, information ſommaire prealablement faite, pourra ordonner que l'eſtat du procez ſera banny. cccexcii. & cccexciii Veteris conſuet. ſup.

V^e XXI.

ET ſera la bannie faite au marché prochain, & à la paroiſſe du domicile de celuy, qui eſt appellé en prodigalité, & attachee au poſt & lieu public dudit marché, ou porte d'Egliſe parochialle, & apres rapportee & certifiee en iugement à iour d'audience.

Hæc ſolemnitas noui iuris eſt.

